



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Appendix Ad quæstionem de usu
licito Opinionis Probabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)



R. P. MARTINI
DE ESPARZA
ARTIEDA.
THEOLOGI SOCIETATIS JESU,
APPENDIX.

Ad quæstionem de usu licito Opinionis probabilis.

Continens responsonem ad quædam recentiorum argumenta.

P R O O E M I U M.



ECCE hic Annus est, ex quo primùm edidi seorsim huiusmodi librum de actibus humanis, qui deinde est liber terminus cursu meo Theologico recuso Lugduni anno proximè anno 1666. In eo libro quæstione vigesima tertia, egi ex professo de usu licito Opinionis Probabilis, atque præmissa communia, ac legitima opinionis, ac probabilitatis expositione, necnon distinctione opinionis speculativæ à practicæ; statui, ac persuadere conatus sum licitum esse usum opinionis cujuscvis practicæ verè probabilis in quavis materia. Satisfeci, quantum potui, argumentis in contrarium, quæ tum circumferebantur, quæque mihi occurrere potuere. Emerferunt autem postea argumenta quædam alia magno cum strepitu, & cum vi exigua, quibus in prima illa editione Romana propterea respondere non potui, quia in mentem mihi non venerant, nec certè erant unquam ventura, nisi illa legissem ab aliis in publicam lucem evulgata, ut permutatis longis in parvum voluminibus, atque sententia in argumenta, dicere mihi liceat cum Augustino lib. 3. de pec. mer. c. 10. *Quam fateor, in illis tam longis voluminibus meis non refelli, quia in mentem mihi omninò non venerat, quemquam posse talia cogitare vel dicere. Quamquam autem ante præmemoratam editionem Lugdunensem prodissent jam in publicum pleraque ejusmodi argumenta, prætermittenda tamen tunc illa putavi. Quia videlicet*

credideram, uti sub finem prædictæ meæ quæstionis in eadem editione Lugdunensi insinuavi, fore, ut sponte sua marcescerent, ac interirent, nec eorum auctores ullos eatenus affeculas inventuros esse, ac proinde impugnationem illorum plus habituram garrulæ contentionis, quàm veræ necessitatis, aut charitativæ utilitatis. Sed postea animadverti serpere illa ex aliis in alios, jam non admodum paucos, atque latius indies propagari cum jactura veritatis, quantum quidem æque concessum mihi est, aut concessum esse videtur, haudquaquam levi, & cum magno perturbandi proximos, eisdemque in angustias non necessariae nocenter conjiciendi periculo pertenebrosam rerum longissimè inter se dissidentium confusionem, & æquivocationem, ut patebit in progressu. Quapropter necessarium jam esse puto, ut connitar, quanta vi poterò, ea argumenta contere, ac dissipare, ne tantum malum succrescat amplius, nec iis diutius adhærescat, quos corripuit. *Sensu enim sæpe dolens, & gemens*, (si fas est reporem meum usurpare verba expressiva fervoris Augustiniani in re simili, *Epist. 118. cap. 2.*) *Multas infirmorum perturbationes fieri, per quorundam fratrum contentiosam obstinationem, vel superfluum timiditatem, qui in rebus hujusmodi, quæ nec Scripturæ sanctæ auctoritate, neque universalis Ecclesiæ traditione, neque vitæ corrigendæ utilitate ad certum possunt terminum pervenire, tantum quia subest qualiscumque ratiocinatio cogitantis, aut quia, & tam litigiosas excitant quæstiones, ut nisi quod ipsi faciunt, (ô utinam hoc saltem) non rectum existiment.* Utar autem in iis argumentis referendis, ac refellendis non alio ordine, quam quo eorum auctores ad manus meas pervenire, & quo apud singulos singula succedunt, nisi quod in posteriori opusculi hujus parte regulariter duo antiquiora eademque præcipua, & omnibus adversariis nostris communia argumenta cum spe, occasione eorum, utiliùs aliquid suggerendi, & magis ac magis corroborandi, confirmandiq; prædictam doctrinam quæstiunculæ illius nostræ, mole quidem admodum minoris, quàm futura sit ista ad ipsam appendix, sed nucleo, si quis codicum, nostrorum corticibus subesse potest, plenioris. Cui certè brevî quæstioni laboris impendimus multò plus, quàm toti opusculo præsentî, quod ut excreceret usque adeò, vitio potiùs factum est Adversariorum nostrorum circumducentium nos per avia, ac devia argumentis à longè penitis. Cætera intentionis nostræ suggeremus opportunius in progressu, ac discussi contenti hic præferre, veluti proprium, Augustinianum præindictæ Epistolæ proœmium: *Primò itaque tenere te volo, quod est hujus disputationis Caput, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Evangelio loquitur, leni jugo nos subdidisse, & sarcinæ levi. Unde Sacramentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione præstantissimis Societatem novæ populi colligavit. Et nos argumentis eandem manibus discindi patiemur.*





PARS PRIMA

De Argumentis noviter adinventis:

Argumentum Mercori, ex Opinione Probabili primorum parentum circa præceptum sibi impositum.

Ostenditur primos Parentes nulla protectos probabilitate peccasse.

ART. I. **R** P. Julius Mercorus in sua *Basi*, p. 2. art. 18. §. Et primò propono, arguit sic: Primi parentes habuerunt opinionem probabilem, quod præceptum sibi impositum de non comedendo ex ligno vitæ non obligaret ipsos in conscientia saltem graviter: Ergò opinio probabilis non exculat à peccato, vel etiam lethali. Patet consequentia, cum sit certum ex fide primos parentes peccasse lethali ter transgressione ejus præcepti. Probat Antecedens primò, quia probabile est ex Valentia, Navarro, Lessio, & aliis nullam legem penalem obligare in conscientia. Præceptum autem primis parentibus impositum habuit formam legis penalis, ut patet ex *Genes. 2. In quacumque die comederis ex eo, morte morieris*. Probat secundò, quia probabile est, quod nonnulli docent, Deum non posse præcipere aliquid leve sub culpa gravi. Erat autem aliquid valde leve edere unum pomum. Probat denique specialiter de Eva, quia probabile est, quod docet Carena cum aliis, legem penalem, & præcipi, quæ exorbitat à jure communi, non debere extendi ad personas in ea non nominatas. Talis autem fuit lex imposita Adamo, ut patet ex forma præcepti, *Genes. 2. Et præcepit ei dicens, ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientia boni & mali ne comedas*. Ergò Eva, ante ejus creationem illud præceptum intimatum fuit, potuit probabiliter existimare ipsam non fuisse comprehensam in ea lege. Eo vel maxime, quia Augustinus in eum locum dicit sic: Non credens (Eva) posse inde se mori arbitror, quod putaverit, Deum alicujus significationis causa dixisse, si manducaveritis, moriemini. Et paulò inferius: Maxima libertate habenas prohibitionis rumpere delectata, probabilis existimans non esse mortem, quam timebant, sequentem. Habuit igitur saltem Eva opinionem probabilem adversus obligationem legis.

ART. II. **R** Espondeo, nego antecedens. Quod nimirum est in primo articulo, ac manifestè contrarium doctrinæ D. Thomæ docentis ex professo, quod de veritate, quæ est de cognitione primi hominis, art. 6. in Adam ante peccatum nec fuisse, nec esse potuisse ullam opinionem seu probabilitatem, inprobabilem. Et corpus articuli claudat hæc verba: Ex quo patet, quod non solum in eo nulla opinio fuisse, sed penitus nulla opinio in eo fuisse, quidquid cognovisset, secundum certitudinem cognosceret: Si scilicet in statu innocentia, in quo conditus fuit, perseverasset. Atque in responsione ad q. 11. additante seductionem Evæ, & deceptionem Adam, atque ad eò, juxta præmissa, ante omnem utriusque opinionem, ac fallibilem cognitionem præcessisse in utroque peccaminolam mentis rebellionem, id est, conversionem ad se, cum aversione à Deo. Idem docet i. part. quæst. 94. art. 4.

ART. III. Rursus eidem antecedenti respondit sæpè Augustinus, ut apparet clare ex sequentibus, lib. 1. *retroact. cap. 15. paulò post* præmissa definitione voluntatis, & voluntatis à nolente, & sic ad illos, ait, *respondit intentio, qui in paradiso fecerunt originem mali, non cogente peccando, id est, libera voluntate*. Quia & parentes (non igitur opinantes) contra præceptum transgesserunt, lib. 11. de *Gen. ad litt. cap. 30. Idem primus transgesserit serpens, & respondit hac mulier, ut præsertim esset inexcusabilis, neque ullo modo dicit postea, quod præceperat Deus, oblitam fuisse mandatum, quamquam & oblitio præcepti maxime animi, & non necessarij ad maximam culpam, damnavit negligentia pertineret. Verumtamen evidenter ejus transgressio est, cum memoria retinetur, & tamquam in deo assistens, præsensque contemnitur: lib. 14. de *cap. 11. versus finem*: Ille autem (Adam) cum deo minus reus, sed sciens, prudensque peccavit, paulò post: Hos autem seductos intelligi voluit, qui id, quod faciunt, non putant esse peccatum, & non fecerunt. Rursus in eodem libro cap. 14. initio: *Id est, peior, damnavitque superbia, qua etiam in primis manifestis suffragium excusationis inquirunt, hoc in primis homines, quorum & illa dixit & arguitur utriusque excusationibus subdit: sed peccatum potius, quam excusatio vera est, ubi mandatum dicitur**

aperta transgressio. Neque enim hoc propterea non
fuerit, quia id mulier serpente suadente, vir mulie-
ri impetente commisit, quasi quicquam Deo, cui vel
recederet, anteposendum fuerit. Necesse enim fuisset
anteposere aliquid auctoritati divinae, vel cre-
dendo, vel cedendo, si probabile fuisset, Deum
nullum induxisse obligationem non comedendi,
quae ligaret in conscientia, quod probabile est à Deo
posse credi fide divina, ac demum quomo-
do potuisset peccatum Adæ, & Evæ manifestis
connumerari peccatis, si probabile ipsis fuisset,
nullum ab eisdem committi peccatum id faciendo
quod fecerunt: sed audienda est ejusdem verita-
tis luculentior expressio alia, quæ habetur in eo-
dem lib. 14. cap. 13. initio: In occulto autem mali esse
elegant, ut in aperto (an hoc est nutare sub opi-
nionibus) inobedientiam laborarent. Atque paucis in-
terfectis de peccato superbiæ, & de cæcitate intel-
lectus præiungit ad peccatum edendi, & exterioris
inobedientiæ, subdit: Spontaneus est autem iste defe-
ctus, quoniam involuntarius in amore superioris immutabi-
litate, à quo illustrabatur, ut videret, & accendeba-
tur, ac amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi
parandum averteretur, & ex hoc obtinebrefceret, &
fuggeret, ut vel illa verum crederet dixisse serpentem,
vel à Dei mandato uxoris præoneret voluntatem, pu-
tansque se venalem esse transgressorem præcepti. Et
rursus post med. cap. Manifesto, aperteque peccatò,
non factum est, quod Deus fieri prohibuerat, Diabolus
hominem non cepisset, nisi jam ille sibi ipsi placere cæpi-
sse. Ac demum sub finem capitis de eadem pomi
comestione loquens, concludit sic: Qui autem
hanc esse non videat, quando sit mandati evidens, at-
que indubitata transgressio. Ex his itaque omnibus evi-
dens, atque indubitatum est, ex mente Augustini
primos parentes non habuisse opinionem probabi-
lem, quod præcepto Dei non obligarentur in con-
scientia, & quod non essent peccaturi, tamen si age-
rent contra illud: omnemque persuasionem intel-
lectualem, vicinque eligerunt comedere, & pecca-
re, si ille ignorantiam vincibilem, & voluntarium
errorem manifestum procedentem ex antecedenti
infortiori peccato.

ART. IV. Majoris adhuc momenti est, quod
poterem considerandum occurrit adversus idem
antecedens, nempe persuasionem, seu existima-
tionem, qua præiungit, ac pertrahente comede-
re primi parentes de ligno vetito, & commise-
rent peccatum transgressionis præcepti sibi imposi-
ti, utque adeo non fuisse opinionem probabilem,
aut etiam sententiam præcisè temerariam, ut fue-
rit infidelitas, & hæresis. Quem quidem esse com-
munem sensum SS. PP. affirmat disertè Bellarmi-
nus tom. 4. contròv. lib. 3. de amiss. gratiæ, & statu
peccati cap. 6. & confirmat adductis pluribus eorum
testimoniis, in quorum specimen credo suffectura
hæc tria, quæ ille exhibet ordine antiquitatis: Ter-
tium lib. 2. adversus Marc. cap. 2. Quis dubitabit ipsum
Adæ delictum hæresim pronuntiare, quod per electio-
nem sua potius, quam divinam sententiæ admittit? Amb.
lib. 1. epist. 33. ad Mercurium sororem, inducit Deum
de improbatum Adamo: Agnosce te esse nudum,
quia bona indumenta fidei perdidisti. August. in Ench.
cap. 45. peccato prævio superbiæ, & subsequenti
comestione peccato interjicit peccatum infidelitatis,
ubi, & circa quod interjicit Mercurius suam il-
lam opinionem probabilem. Nam & superbiæ, ait;

est illic, quia homo in sua potius esse, quam in Dei po-
testate dilexit; & sacrilegium, quia Deo non credidit;
& homicidium, quia semetipsum præcipit in mor-
tem. & rursus in præinducto lib. 14. de Civ. cap. 17.
post med. Hoc itaque (nuditatem suam) cognoverunt,
quod felicius ignorarent si Deo credentes & obediens non
committerent, quod eos cogeret experiri, infidelitas, &
inobedientia quid nocerent.

ART. V. His ita se habentibus, Docti ego le-
ctoris prudentiæ, arbitrioque committo, ut judi-
cet de opinione probabili primorum parentum;
quod non obligarentur in conscientia præcepto sibi
imposito à Deo. Certè antecessens P. Mercori de proba-
bilitate favente perniciosæ primorum parentum
appetitioni, probabilitatem nullam habet, ut patet
ex dictis. Ad probationes illius dicitur doctrinas il-
las Valeptiæ, Careniæ, & aliorum probabiles dici, &
ad inferendum probabiliter valere apud nos, utcu-
que possit, ubi non præfulget certitudo præcepti
prout obligantis in conscientia, nullo verò pacto
apud primos parentes ante peccatum, utpote specia-
liter illuminatos à Deo, & certa fidei, vel scientiæ
notitia cognoscentes perfectè ante peccatum, quid-
quid esset necessarium pro honesta, ac iusta electio-
num, operationumque suarum omnium directio-
ne, ac potissimum circa unicum illud, summique
momenti præceptum immediatè sibi, & in ipsi ge-
neri humano universo intimatum à Deo, verbis uti-
que, & instinctu haud quaquam ambiguis, uti con-
decebat summum Legislatorem in re præsertim tan-
ta, & erga innocentes, ita ut omnis opinandi flu-
ctuatio, deceptio, & error præiens ad elum pomi
vetiti, fuerit omnino voluntarius, & consequens ad
peccatum aliud purè interitum prius admissum, ut
appareret inter alia luculenter ex præinductis locis
SS. Augustini, & Thomæ. Verba Augustini; quæ
specialiter pro Eva producit in fine Mercorius, ini-
tium videri posset, quod non adverterit, si quid
probat contra nos, probare non minus contra
Mercorium ipsum: Quia Augustinus in illo loco,
nempe (Mercorius enim nimis vagè illum indicat,
cum Augustinus ter ut minimum scripserit in illum
locum) lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 35 post med. non di-
cit, probabile, aut minus probabile existimans, sed proba-
bilis existimans. Licitum autem esse usum opinionis
probabilioris, tamen minus tuta sic, ipse etiam
Mercorius admittit, & fusè prosequitur in sua tertia
parte: Verum absolute nil probant verba illa Augu-
stini, neque ad rem, de qua agitur, pertinent. Quia
sive probabile, sive probabilis existimaverit Eva
mortem non esse sequutam ex prohibita pomi co-
mestione, non tamen existimavit id, juxta mentem
Augustini, opinione seu probabili, seu probabiliori,
sed voluntario manifesto errore, atque infidelitate,
ad eum utique modum, quo hæretici omnes, cæteri-
que infideles sua dogmata existimant probabiliora,
& vera esse pronuntiant. Id quod ex testimoniis
superius productis apparet clarissime, & potuit Mer-
corius observasse ex eodem illo lib. 11. de Gen. ad lit.
cap. 30. ex quo transcripsit priorem partem testimo-
nii pro se adducti, quia Augustinus ibi immediatè
ante dicit sic: Quando his verbis (serpentis) cre-
deret mulier à bonâ, atque utili re divinitus se fuisse pro-
hibitos, nisi jam in esset menti amor ille propriæ potestatis,
& quadam de se superbi præsumptio, quæ per illam tenta-
tionem fuerat convincenda, & humilianda.

ART. VI. Sed quid ampliùs moramur in am-
biguitate legis pænalis non obligantis in conscien-
tia, &

ria, & non comprehendens, præsertim si exorbitet à jure communi (quæ enim verò observatio est admodum opportuna pro eo statu) personas in eo non nominatas, nec non præcepti non potentis obligare in materia levi sub culpa gravi. Quid inquam moratur? Quando certum in primis est præceptum illud fuisse Adamo cum Eva commune, fatente ipsa Eva, Genes. 2. 3. *Præcepit nobis Deus, ne comederemus*; Et certum pariter est ex definitione Concilii Tridentini præcepto eidem adjunctam à Deo fuisse comminationem pœnæ, quæ soli rependitur peccato lethali, ut patet ex ejus verbis, sess. 5. in decret. de pec. orig. can. 1. *Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei, &c. incurritque, per offensam prævaricationis hujusmodi, iram & indignationem Dei, atque idem mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est Diaboli, &c. Anathema sit.* Omitto plura dicere, & excuso, quod tam multa dixerim; quia nimirum volui, manifesta hujus argumenti dissonantia, superfedere à reliquis ejusdem Auctoris argumentis, præter hoc aliud simile præcedenti.

Aliud ejusdem Auctoris argumentum ex peccato Sauli parcentis Amalec.

ART. VII. **P**roponit nimirum secundo loco peccatum Sauli ex 1. Reg. 15. ubi præmittitur primò præceptum impositum Sauli per Samuellem nomine Dei, deletionis, & totalis exterminio Amalec, gentis rebellis Deo, & inimicæ populo Dei Israël: Nunc ergo vade, & percutite Amalec, & demolite universa ejus. Non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro usque ad mulierem, & parvulum, atque lactentem, bovem & ovem, camelum, & asinum. Sequitur deinde aggressio, & victoria Saulis adversus Amalec, cum internectione vulgi, & demolitione rerum vilium, avectis verò à milite pretiosis quibusque, ac pulchris, & Rege Agag servato incolum: Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ovium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & universis, quæ pulchra erant, nec voluerunt perdere ea; quidquid vero vile fuit, ac reprobum, hoc demoliti sunt. Clauditur demum narratio reprobatione hujus facti, & indignatione Dei adversus Saulem propter tam magnum, tamque manifestum peccatum. Quæ reprobatio, & indignatio occupat totum reliquum caput illud à vers. 10. ad 35. & incipit his verbis: Factum est autem verbum Domini ad Samuel dicens: Ponit me, quod constituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit.

ART. VIII. Subdit jam R. P. Mercorus Saulem habuisse opinionem probabilem de honestate eorum, quæ fecit, seu quod ea omnia sibi licerent, solumque proinde peccavisse, quia opposita opinio erat probabilior. Majorem istam probabilitatem non probat, quia Saul consideravit præceptum divinum sibi à Samuele intimatum, non potuisse esse novum, nec diversum ab oraculo divino, quod fuerat registratum à Moyse ad perpetuam rei memoriam, Exod. 17. 14. ubi dicit Deus: *Delebo me-*

moriam Amalec sub celo. Illud autem oraculum non videtur probabiliter (verba sunt Mercori) præteritari de delenda memoria, quam de delenda sententia Amalecitarum. Quia videlicet erat scriptum in characteribus ambiguis, & non magis significativum deletionem memoriæ, quam deletionem malitiae. Quam in rem notat ex Sixto Sen. lib. 3. Methodo secunda, antiquos Hebræos non fuisse in scribendis vocibus ullis, sed solis consonantibus, quia hinc oriebantur frequentes errores in intelligentia sacri textus, adinventi postea fuisse principes quibus cuique consonanti opportunè subijunctum vocalem, sensus ubique legitimus redderetur prædicto, ob defectum pro tunc, & vocalium, & punctorum vicevocalium, æque bene intelligi potuisse, tum deletionem memoriæ, tum deletionem masculi, uti idem Sixtus inibi ostendit, & etiam transcribit Mercorus, atque idem Saulem probabiliter opinatum fuisse, se nihil acturum contra præceptum, si deletis masculis Amalecitis asservaret, uti asseravit, res eorum omnes pretiosas & pulchras. Quia equidem de causa Rabini aliqui excusant Saulem à transgressione præcepti, uti memorat idem Sixtus eodem in loco.

ART. IX. Confirmat Mercorus istam Saulem probabilitatem. Primum enim si servavit verum Regem Agag, id fuit ad magnificentiam triumphis propter gloriam populi Dei, & ut interitus, atque, an post triumphum occideretur Rex, servata sunt pecora, id fuit ad immolandum Deo, & aliter ea, vel demoliri gladio in prælio, vel consumi igne in altari; si denique servatæ sunt vestes, & alia pretiosa, id rationabiliter permittitur utilitibus loco stipendii, eò vel maxime, quia verba illa præcepti, *Non concupiscas ex rebus ipsius aliquid*, non habentur in textu Hebræo, & propterea sunt expressa obelo in nostra Vulgata. Accedit hoc contra fuisse mala, quia prohibita, non verò proba, quia mala, atque in hoc genere patet amplior benignæ interpretationi locus. Accedit rursum, quod verbis excusatoriis Saulis innoteat, hac illius probabilitate nixum fuisse. Dicit enim vers. 25. *Agag Regem Amalec, & Amalec interfeci.* Tunc nota de prada populus oves, & boves, primitias eorum, prædictæ sunt, ut immoler Domino Deo suo in Galgala. Accedit denique rationes ponderatas pro Saule esse magis probabiles, quam quæ adducuntur pro peccato vulum veniali, ex comestione ovorum, & latione rerum absque privilegio, tempore Quadragesimæ: pro licita inductione ad jurandum falsum, quod à juramento putatur verum; pro liberatione legatarum non resolvendi, ultra centum annos, legatum prius perpetuum, quæ tamen, & similia vulgantur in illa, tanquam probabilia. Habuit igitur Saul opinionem pro se probabilem, & tamen certo peccavit lethaliter.

*Inobedientiam Saulis omni prorsus
probabilitate destitutam fuisse
multipliciter demonstratur.*

ART. X. **R**espondeo negando Saulem habuisse
nullam veram probabilitatem de licita
omissione, & commissione eorum, quæ commi-
ssæ sunt, & ob quæ punitus à Deo fuit. Circa
probationes P. Mercori in contrarium, nota, quæ se-
quuntur. Primum asseritur affirmatè ab hoc Authore
Saulem considerasse in distinctione præcepti sibi
impositi ab oraculo antiquo; cujus tamen confide-
rationis, nec fundamentum, nec fundamenti vesti-
gium extat ubi ullum. Secundò, pro interpreta-
tione, & intelligentia probabili præcepti ore tenus
immediatè immediatè, & clarè, directè individualiter
ad Saulem, descendens distinctè ad particularia
adhibetur oraculum ambiguum, ut præcenditur, cara-
cteribus exaratum olim, & in quo nulla sit Saulis,
nec ullius omnino hominis mentio, sed solum Deus
dicere delectus memoriam Amalec sub cælo, abs-
que ulla determinatione, an per se ipsum immediatè,
an mediatè per aliquem hominem, & quem, &
quid, & quomodò, id est, exponitur clarum
per obscurum, distinctè prolatum per exaratum am-
biguum, determinatum quoad tempus, personam, &
modum, ac circumstantias per indeterminatum, ac
vagam quoad eadem omnia; quod quidem inter-
pretandi genus longè abest à veritate, ac legitima
probabilitate. Tertiò inducitur Saul homo militaris, &
ignarus, per se ipsum interpretans sacrum textum, &
oraculum divinum in eo contentum, nec volens
consultare Samuelem Prophetam, quem habebat
præsentem, & intimatorem præcepti divini à Deo
missum, à quo poterat facillimè, ac certissimè de
veritate doceri. Quod idem est contra conceptum
opinionis verè probabilis, de cuius videlicet ratio-
ne est, ut concipiatur omnibus hinc, & inde confi-
deratis, & adhibita omni diligentia, quæ moraliter
adhiberi potest; Quartò, cum oraculum illud esset
scriptum lingua, & caractere vernaculo, ideoque
esset facile pervium Sauli quoad rem significatam
nomen proprium ad adstruendam nihilominus an-
tiquitatem in illo obscuritatem sit recursum ad ambi-
guum, ac lubricum scripturionis Hebraicæ sensum
ob defectum vocalium, necnon punctorum vice-
vocalium, quæ puncta tunc temporis adinventum
non fuerant. Pro ista porro sic, seu suspicandi,
sua asserendi ratione utitur Mercorus, ut vidimus,
auctoritate Sixti Senensis, & noluit advertere, quod
etiam idem Sixtus eodem illo in loco, & est valde
notam omnibus ea de re aliquid scientibus, ejus-
modi punctorum necessitatem, & hallucinationem
in intelligentia suarum consonantium absque voca-
libus, & punctis accidisse Hebraeis post aliquot an-
norum centurias a Christo nato; idque propter dis-
persionem Hebræorum in varias mundi plagas, ex
quo Regnum Hierosolymitanum funditus eversum,
& gens Hebræa quaquaversum dispersa à Roma-
nis fuit, atque per diuturnam apud exterarum nationes
notam, & convictum ceperunt, ut usu venit, de-
fiscere usum legitimum idiomatis proprii, & justam
re certam intelligentiam propriorum characterum;
cum prius omnem eorum vim, & significationem
sub quavis dispositione, inflexione, & respectu
mutuo tam certo, & cum tanta distinctione, ac de-
terminatione, aut certe non admodum minori cal-

lerent, atque callemus Hispani, Galli, Itali, alii-
que sua quique idiomata, & scripturas. Ergo Saul
ulque adeò distans ab ejusmodi Hebræorum disper-
sionis tempore, ac statu, nullum potuit ex hoc ca-
pitate, aut errorem pati, aut excusationem obtende-
re. Quintò, imò ne tentavit quidem Saul talem ex-
cusationem, ut patet observanti totum illud deci-
mum quintum caput libri primi Regum, & exa-
ctum inibi, Samuelem inter, & Saulem, colloquium
accusationis, & excusationis delicti. Ubi urget P.
Mercorus argumentum ad hominem. Cum enim
dixisset adfuisse Sauli opinionem probabilem quo-
ad retinendas oves, & boves Amalecitarum, quia
retentæ fuerunt ad immolandum Deo; id deinde
confirmat, quia ex eo capite nixus est Saul se excu-
sare Samuelem. Debuisset igitur converso P. Mer-
corus agnoscere nullam adfuisse Sauli opinionem
probabilem ex collatione præcepti cum veteri ora-
culo, exque ejusdem oraculi ambiguitate, quia Saul
nullam ex hoc capite excusationem obtendere aus-
sus est.

ART. XI. Sextò deviat quadrupliciter P. Mer-
corus quatenus adducit pro se ex Sixto Senensi
quosdam Rabinos excusantes inobedientiam Saulis
ambiguitate veteris oraculi. Prima deviatio leviscu-
la est, quod Sixto referente Judæos quosdam, Mer-
corus substituit Rabinos quosdam, quod perinde est,
atque Italici quibusdam substituit Doctores quos-
dam legis Italos. Secunda major deviatio est, quia
illi Judæi, seu Rabini, seu non Rabini non dicunt
Saulem habuisse pro se opinionem probabilem,
quod unice erat de Mercori, sed excusant absolute
inobedientiam Saulis, id est, dicunt Saulem non
peccasse, quod est contra suppositum fundamentale
ipsius Mercori. Tertia maxima deviatio est, quod P.
Mercorus advocat tanquam patronos suos, sibi que
consentientes eos homines, qui in illo ipso puncto,
in quo collocatur patrociniū, atque consensus, sunt
heretici manifesti, ut potè excusantes inobedientiam
Saulis, quam accusat, ac reprobat clarissimè facer
textus, & punit severissimè Deus, ut patet ex præin-
dicato cap. 15. Quarta non minor deviatio est, quod
P. Mercorus non parum conniveat Judæis illis ul-
que adeò flagitiosis: Quia dum concedi Sauli pro-
babilem pro se opinionem, eo ipso concedit illi
plusquam ducentos Doctores Catholicos suffragan-
tes innocentie ejus. Totidem enim sunt, qui negant
eum peccare, qui habet pro se opinionem probabi-
lem. Adde ulterius, si libet, P. Mercorus, dum ad-
ducit pro se Judæos illos, seu Rabinos, adducere pro
se homines sibi contradicentes, quia Judæis illis ex-
cusantibus Saulem, non potest attribui, quod con-
cesserint Sauli opinionem minus probabilem, ut potè
insufficientem ex Mercoro ad excusandum. Conces-
serunt ergo illi opinionem magis probabilem, quæ
sola ex Mercoro sufficit ad excusandum, & quam
idem Mercorus negat adfuisse Sauli. Negat verò
ea præcisè ratione, qua eadem inter alia nos nega-
mus adfuisse illi opinionem ullatenus verè probabi-
lem: Quia nimirum constat clarè ex sacro textu,
& est certum ex fide Saulem peccasse, atque ad pec-
candum necesse est, per Mercorum, ut qui peccat,
non habeat pro se opinionem magis probabilem,
sicut necesse est per nos, ut nullam habeat pro se
opinionem verè probabilem. Septimò, ut admittatur
fuisse probabilem confusionem præcepti præsen-
tis cum veteri oraculo, necnon intelligentiam ejus-
dem oraculi, ac proinde & præcepti de delendis solis
masculis Amalecitis, nulla tamen superest probabili-

tas pro non deleta, sed servato vivo Rege Agag, qui utique erat masculus, & Amalecitas. Ergo nec eo posito habet Intentum P. Mercorus.

ART. XII. Octavo, quæ primo loco dicuntur in confutatione argumenti de occisione Regis Agag post triumphum, de immolatione, de stipendiis, sunt prætextus prorsus inanes, & vacui, quales nulli unquam defunt peccatori, & non sufficiunt ad probabilitatem opinionis, de cuius nempe conceptu est, ut nitatur fundamento, quod omnibus hinc, & inde consideratis non sit leve, sed magni ponderis quale certe fundamentum in illis prætextibus minime apparet, ut evincit clarissime Samuel in sua Saulis redargutione ex aperta, ac manifesta transgressione præcepti, & videre quisque potest in illo cap. 15. vers. 22. Et facit ibidem ipse reus Saul dicens, vers. 24. Peccavi, quia pravaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Nondum, quod addit inibi P. Mercorus, verba illa, non concupisces ex rebus ipsius aliquid, non haberi in textu Hebræo, & in vulgata nostra esse expuncta obelo, tamen si falsum sit, & videri in super scandalosum possit quoad expunctionem in vulgata per obelum, qui est nota adulterinorum, seu perperam scriptorum, ut patet ex dictionariis, & ex usu communi, nullum tamen id facio pro re præsentis, quia nil confert ad scopum Mercori, ut potest nil moventis circa actum Internum concupiscendi, sed solum circa res ipsas, & operationes exteriores, circa quas superest universalis illa alia particula præcepti, & demolire universæ ejus, ultra totalem internecionem expressam eidem in præcepto, & prætermittam magnam ex parte in executione Saul. Declinò, distinctio, quam rursus superaddit P. Mercorus de prohibitis, quia mala, & de malis, quia prohibita, atque de benigniori quoad hæc posteriora interpretatione; imprimis, ut locum habeat aliquem circa prohibitioem legis humanæ, nullum tamen habet circa prohibitionem legis divinæ, sed eatenus est de subiecto non supponenti, cum nil sit malum independentem à prohibitione divina, seu antecedenter ad illam, ut tradit D. Thom. 1. 2. quæst. 71. art. 6. ex Augustino, & offensum à nobis fuit in prædict. lib. 3. q. 20. Deinde aliud est interpretari legem, quæ obscura est, seu non satis clarè apparet, aliud vim legis patientem, ac manifestam eludere prætextibus, quæ patenter, ac manifestè vanis, qui est casus noster, ut patet ex dictis.

ART. XIII. Undecimò, & ultimò. Comparatio illa majoris probabilitatis rationum faventium Sauli, quàm rationum faventium tribus illis opinionibus, de comestione ovorum, de inductione ad juramentum falsum, de legato non solvendo ultra centum annos, utrumque imprimis est de subiecto non supponenti, quia sicut rationes faventes Sauli nullius sunt probabilitatis, ut ex dictis apparet ab undè, ita tres illæ sententiæ nullius sunt probabilitatis, nec docentur ab ullo Doctore legitimæ auctoritatis, quæ sufficiat ad probabilitatem sententiæ juxta dicta in quæst. art. 2. & 3. & communiter censentur à viris doctis temeraria, & scandalosa. Quæro deinde à P. Mercoro, ubi habeatur præceptum divinum distinctè, & individualiter prohibens comestionem ovorum, & laiciorum in Quadragesima absque privilegio, inductionem ad jurandum falsum, quod ab inducto, seu jurante putatur verum, retentionem legati perpetui post centum annos, quale præceptum habuit Saul adversus incolumitatem, ac retentionem eorum, quæ non est demolitæ, & reti-

nuit. Cum in reneret similitudinem, & æqualem claritatem, ac certitudinem præcepti; tunc enim vult agere potuit de paritate rationum probabilium, in eaque planè gravissima deceptio P. Mercori, tam in hoc argumento de Saule, quàm in præcedenti de Adamo, quod nititur sententiæ negativæ obligationis in conscientia fuisse probabilem apud utrumque transgressorem divini præcepti, cum apud utrumque fuerit certa certitudine fidei divinæ certitudo divini præcepti utriusque individualiter interpretati, ac intimati; Sauli quidem in materia etiam ad sensum gravissima, primis verò parentibus sub comminatione gravissima, ac proinde obligantissime viter in conscientia sub eadem fidei divinæ certitudine; cum sit, perquam manifestum probabilitatem unius partis consistere minime posse cum totali, ac summa partis oppositæ certitudine. Sed fortasse tædet, jam optime Lector, tance in rebus tam manifestis moræ. Transcramus igitur ad aliam adversariam, eidem Sauli, sed alia via, ac modo adherentem.

*Aditus ad argumenta Sinnichii
versus usum licitum opinionis
probabilis.*

ART. XIV. I Oannes Sinnichius Doctor Lovaniensis, & Præses Majoris scholæ Collegii Theologici, in libro quodam suo, quem inscripsit, Saul Exrex, scribit multa sulo admodum calamo, à cap. 94. ad 123. inclusivè, quæ sicut, & sapienti lectori videri possent, ac debere in scriptis ad versus schismaticos, hereticos, atque paganos potius, quàm ad versus Doctores ullos Catholicos, & quorum plerique si non & omnia, nemini mentem venire possint dirigi adversus sententiam Doctorum Catholicorum, & plurimorum, & gravissimorum de usu licito opinionis probabilis, illam ipse Sinnichius non præloquutus fuisset initio, neque in progressu non identidem commotionem intentionem suam dirigi adversus eos Doctores, quoad illam eorumdem doctrinam. Præloquitur autem sic in prædicatorio cap. 94. Postulatæ ordo, ut hoc loco brevitè perstringamus Satheticorum quorundam Ethicæ, sive morum doctrinam nimio jam successu in Ecclesia adulescentem, multigena librorum editione sese diffundentem, ematibus se opportunè importunè ingerentem, libertatem temopere arridentem, prisio Ecclesiastica discipline rigori non tam insidiantem, quam insulantem, persegutorum multitudine crebrescentem, eorumdemque doctrinæ celebritatem, quæ humanarum opinionum doctrinam tantum desert, sive arrogat, ut non cesset asserat, quidquid propriæ conscientia probabiliter subnixæ præscripserit. Ut autem manifestè clarescat scopum suum, subiungit ex P. Thoma Tamburini declarationem opinionis probabilis, distinctionem probabilis ab intrinseco, & ab extrinseco, computationem utriusque cum magis, & minus iura, ac deum sententiam ejusdem Tamburini, licitum esse usum opinionis cuiusvis probabilis, tamen si opposita sit, vel probabilior, vel tutior, id est, licitum esse universaliter usum opinionis cuiusvis; quæ nitatur ratione, vel auctoritate alicujus ponderis, dummodo nil appareat convincens pro parte opposita.

ART. XV.

ART. XV. Tum pergit Sinnichius dicere §. 353. *Subdistinguentiam istam per omnia coincidere cum omni libertinorum, superiori capite dispoſito; vereor tamen, nemini propè accedat, atque ei revehendo aditum pandat.* Dixerat verò de libertinis, dum eos diſploderet, hæc inter alia, progredi nimirum illos ad Atheismi batathrum fingere Deorum multitudinem, ut adſtituant delictorum impunitudinem; cum miſiſſi Deum ſibi in culpa ſimilem, non modo perſonis vitioſis, ſed iſis etiam vitij divinitatem arrogare, ſuperbiam eorundem eſſe majorem, quam Dæmonum, vel protoplaſtorum; ac deum celeſtium talium hominum eſſe; *Quis noſter Dominus? Dominatur Altiſſimo; Superiores ſumus Deo.* Altiſſimem inibi comparationem inſtituit Ethices perſonarum Catholicorum Doctorem cum Ethices Gnoſticorum, Quintiniſtarum, & manichæorum, atque deus omnibus prætulit eadem ferè, atque de libertinis; & hoc præterea, omni impietate repletos eos eſſe, nullum peccatum agnoſcere, niſi ex ſua operantis opinione, omne genus vivendi probare etiam lenonum, furum, &c. jure, ac merito cum Auguſtino illos dici *præcordios, & torricordios.* Poſt hæc parum jam videri, imò & modeſtum cenſeri poterit, quod idem Sinnichius eoſdem doctrinæ quædam Doctores Catholicos ſapius in progreſſu ſuorum compellet, atque palpones, & laxitatem hæreticos, quod opiniones eorum dicat ignorantium ſymptomata, imò & ignorantes ipſas propriè dictas, & quidem deterimæ ſpeciei, nempe ignoranties prævæ diſpoſitionis, quæ ſunt puluilli, & cervicalia illa reprobata Ezech. 13. 18. tanquam *ſupposita cubito, & capiti univerſe ætatis ad capiendas animas,* quod ſtatuat Doctotibus eiſdem, & eorum affectis congruere illud Matth. 13. 14. *Cæci ſunt, & dices cæcorum.* Cæcus autem ſi cæco ducatur præſe, ambo in foream cadunt. Et ſimilia penè innumera.

ART. XVI. Quanto cum fundamento, quin imò quam ſine fundamento hæc omnia dicat Sinnichius, apparebit ex obſervationibus, quas mox ſubiiciam. Mirari interem ſubit, & multum, vehementerque mirari talia, tam horrida, & uſque ad eò enormia convitia excogitari, evomi, typis publicis mandari potuiſſe ab homine profeſſionis Catholicæ adreus non unum, vel alterum tantummodo Doctorem catholicum, nec ſolum ad verſus omnes, aut plebemque uniustantum, vel alterius Academiarum Catholicæ, aut Ordinis Religioſi Magiſtros, quorum utramlibet eſſet valde deſectabile, ſed adverſus tot, ac tantos omnium ubique Academiarum Catholicarum, omniumque ordinum Religioſorum Doctores, ac Magiſtros, quot, & quantos, notum eſt, naſcà, eſſe patronos doctrinæ de uſulicito opinionis probabilis. Fateretur nimirum Sinnichius ipſe præmemoratis jam verbis ſuis, doctrinam iſtam nimio, ut dicitur, ſucceſſu adoleſcere in Eccleſia Dei, ac debuiffet dicere, eſſe adultam, & robuſtam. In Eccleſia, inquam, Dei; nec enim adoleſcit, vel adolevit in uno aliquo angulo, in una tantum, vel altera, ſeu Academia, ſeu provincia, idque apud paucos plerique omnibus pijs, & doctis viris, inibi reclamantibus, & toto niſu reſiſtentibus, qualis contigit adoleſcentia erroribus Bajanis Sedis Apoſtolice auctoritate reprobatis, ac eliminatis, & qualis porro contigit nonnullis eorundem errorum, (ut verbo Sinnichiano utar opportunius, quam ille,) ſymptomatis; ſed adoleſcit hæc doctrina, atque adolevit in Eccleſia Dei, quaquaverſum ipſa pater, in omni

Pars II.

bus ejus Academicis, atque in Ordinibus religioſis univerſis, idque vix uno, vel alio alicubi reclamante, imò nullo proſus alicujus nominis, ac celebritatis Theologo alicubi clarè, ac indubitanter contradicente. Uſque adeo verum eſt, doctrinam iſtam non modo, ut dixit Sinnichius, ſuffragatorum multitudine crebreſcere, eorundemque claritudine crebreſcere, ſed ex utroque eo capite ita percrebuiſſe, ac celebrem evaſiſſe, ut nulla omnino doctrina inter Catholicos controverſa tot, & tam claros patronos ubique gentium Chriſtianarum tanto cum conſenſu omnis generis hominum, ac Doctorem conſequuta ſit, ex quo ipſa cæpit clarè, ac diſtinctè, atque in proprijs terminis agitari. Et tamen audet hic homo tot, & tam claros Doctores in toto Orbe Catholico præfulgentes æquiparare quoad hoc punctum libertinis, Gnoſticis, Quintiniſtis, & Manichæis, atque innuere doctrinam illorum ad iſtorum errorem nimis propè accedere, eidemque errori revehendo aditum pandere; id eſt, juxta præmiſſam ex eodem Sinnichio expoſitionem, tot, ac tantos Doctores Catholicos nimis propè accedere, & aditum pandere ad Atheiſmum, & ad multitudinem Deorum, ad ſuperbiam ſuperbia Dæmonum, & protoplaſtorum majorem, ad attribuendam non modo hominibus vitioſis, ſed vitij quoque ipſis divinitatem; Ultra plura alia, quæ exciſimus ex parte, & tædet repetere.

ART. XVII. De hoc modo agendi, ac dicandi nihil mihi dicere, ac ponderare placet, nec neceſſe eſt. Fortè ſufficiat ad inſtructionem, & coercitionem talium hominum zelus, & auctoritas Auguſtini perſtringentis Epist. 86. ad Caſulanum quendam, ut dicebat Caſulanus, Urbicum, hominem Sinnichio diſſimilem, quatenus Urbicus habebat pro ſe praxim Eccleſiæ Romanæ, & nonnullarum aliarum Occidentalium Eccleſiarum, atque fideles reliquarum per Orbem Eccleſiarum proſcindebat injurijs, magnis illis quidem, ſed non ſummis, & horridis ultra omnem in odum, atque testimonijs utebatur pro ſe, aliquid dicentibus de jejuniis, de quo erat ſuſcepta ab Urbico controverſia; Sinnichius verò utitur testimonijs, nil, ut videbimus, dicentibus, vel etiam inſinuantibus de uſu opinionis probabilis, quem impugnat, & vomit injurias, quibus atrociores nullæ, ut vidimus, excogitari poſſunt; ac demum habet contradicentem ſibi praxim communem fidelium ubique terrarum abſque ullius Eccleſiæ exceptione, cum in ſacro penitentiarum tribunali, & iudices, & rei utantur ubique communiter doctrina opinionis probabilis, nec ſit ullus ullibi Confeſſarius, qui repellat penitentem volentem uti, & quæ vult uti opinione probabilis. Audiatur jam Auguſtinus paulo poſt in ſuius ejus Epistolæ: *qua ſi de uno quopiam Dei famulo diceret, quis eum audire, quis non evitare deberet; Cum ergo his opprobrijs, atque maledictis inſectatur Eccleſiam per totum Orbem fruſtrificantem, atque creſcentem, & die Sabbati pene ubique prædentem in re noſtra ubique utentem opinione probabilis) admoneo quiſquis eſt, ut ſeſe cohibeat.* Fortiori igitur ratione audiendus non eſt, & eſt quoad hoc evitandus Sinnichius, & quiſquis eſt eiſdem cum illo ſenſus, debet ſeſe cohibere, quo minus erumpat in verba, quæ alia evomit, dum viveret Sinnichius. Verum & illud ad eundem non minus pertinet, quod Auguſt. addit adverſus eundem Urbicum ad medium eiſdem Epistolæ dicens: *Nec ſe ipſe reſpicit, nec quid dicat: attendit, ut ſcriptis ſuis ab iſta præcipiti cohibeatur audacia.* Nempe Sinnichius propoſita ſibi in ſu-

C 2

opinionis

opinio is probabilis te probatione digressus protinus et ad reprobendam universaliter opinionem, omnesque operationes quaecunque innixas opinione, ut prox patebit. Quaecunque autem circa hoc diffusissime dicit opinando, utique dicit, cum nec demonstrationem pro se ullam habeat, nec certitudinem divinae revelationis, à qua utraque abest longissimè. Ergo suo se gladio confodit. Sed jam ad particularia descendamus.

Observatio prima adversus Sinnichium de probabilitate veritati contraposta, & de opinione cum errore confusa.

ART. XVIII. **A**sumit Sinnichius §. 357. illud Christi Domini Joanni 14. v. 6. *Ego sum Veritas*, & videtur velle arguere sic; Christus dicit. *Ego sum Veritas*. Ergo non est licitus usus opinionis probabilis. Videtur, inquam, velle sic arguere, quia non subintellecta illa illatione testimonium hoc nil confert ad scopum ab auctore sibi propositum, uti paulò superius retulimus. Quod meminisse pariter necesse est pro quampluribus aliis testimoniis, quae congerit in prosecutione ejusdè causae absque ulla explicita, & formali illatione. Illatio autem hic proposita est inutilis, ut per se patet: Sed non patet Sinnichio ponderanti; Nequaquam dixisse perhibetur, *ego sum probabilitas*, sed *ego sum veritas*, quali inde debet intelligi, unam sectandam esse veritatem, non probabilitatem. Sed repono, sicut non dixit, *ego sum probabilitas*, ita non dixit, *ego sum fides*, *ego sum evidèntia*, *ego sum major probabilitas*, *ego sum veritas*. Ergo si quid valet consequentia Sinnichii, neque fide divina, uti licet in operando, neque cognitione evidenti, neque opinione, & probabiliori, & tutiori. Quod est per absurdum, ac proinde est per absurda illa etiam consequentia.

ART. XIX. Aroponit sermò Sinnichius c. 97. Omnis opinio, omnis, loquit, omnino est falsitas, & error. Ergo qui sequitur opinionem, quae est falsitas, & error, non sequitur Christum, sed fugit à Christo, qui est veritas. Probat antecedens ratione. Quia licet aliquae opiniones sint reipsa verae formaliter, sunt nihilominus eadem etiam falsae æquivalenter saltem, & interpretativè. Latet enim opinantem veritas, etiam cum adest formaliter, atque idè perinde se accommodat dictamini, in se vero, atque si abesset veritas, adesset falsitas. Amplectitur ergo falsitatem saltem interpretativè, & æquivalenter, ac proinde neutra potest unquam esse regula honestæ, & laudabilis operationis. Probat tursus idem antecedens autoritate Augustini dicentis lib. de utilit. cred. cap. 11. *Tria sunt velut finitima, sibi in animis hominum distinctione dignissima; intelligere, credere, opinari. Quae si per se ipsa considerentur, primum semper sine vitio est, secundum aliquando cum vitio, tertium nunquam sine vitio.* Et tursus ibidem in propriis terminis: *Quod intelligimus, debemus rationi; quod credimus, auctoritati; quod opinamur, errori.* Error autem, & vitium sunt per se, & secundum se quid intrinsecè inordinatum, monstruosum, & naturæ rationali dissensu, ut exaggerat Sinnichius ex Augustino in *Enchir. cap. 17. & 19.*

ART. XX. Respondeo negando antecedens, cujus falsitas ita est manifesta, ut ipse etiam agnoscat illam Sinnichius dicens aliquas opiniones esse forma-

liter veras, sunt autem totidem veræ, atque falsæ, quia cuius opinioni est alia opinio contraria, &c. esse est alteram esse veram, & alteram falsam, &c. que eam, quae est vera, esse aliquo modo falsam, perinde est, ac alium esse aliquo modo nigrum, & alium tenebras. Quoad æquivalentiam, & interpretationem retorquetur argumentum sub eadem præfusa forma. Latet opinantem falsitatem etiam cum adest formaliter, atque idè se accommodat dictamini, in se vero, atque si abesset veritas, abesset falsitas, &c. amplectitur ergo veritatem saltem interpretativè, & æquivalenter. Idque eo magis quia intellexit, dicitur, ac movetur ad actum opinandi specie, & apparentia veritatis, nec fieri magis potest, ut intellexit moveatur apparentia falsitatis, quam ut moveatur voluntas apparentia malitiae. Dicendum est ad hoc opinionem ex suo conceptu esse falsibilem, saltem verò aliquando, & aliquando veram. Quod falsitas proveniat ex voluntaria inconsideratione, & precipitantia opinantis, tunc inest opinioni igneque prava dispositionis affectivè, & moraliter, &c. nec si adhibita fuerit consideratio, & consultatio, quantum postulat res, de qua agitur. Quod autem opinanti inest, uti sepè inest ignorantia prava dispositionis materialiter tantum, ac physice, nil id refert ad nos, quia sub ignorantia invincibili, seu constanti invincibiliter erranti dari potest actus boni, & credibilis, ut ostendit quaest. 24. de act. hum. cum D. Thoma, aliisque omnibus Theologis.

ART. XXI. Ad autoritatem Augustini dico, quod nuper significavi de autoritate Christi, &c. deinceps dicturus sum cogente Sinnichio, nihilam facere ad propositum. Patet ex notione opinionis, quam præfert idem Augustinus in illo ipso, ubi sub initium: *Tria sunt, inquit, alia hominum generis, scilicet improbanda, ac detestanda. Primum est opinari, id est, (hoc nota) eorum qui se putant scire, quod nesciunt. Alterum eorum est, inquit, opinio, prout ibi sumitur ab Augustino, ultra incertitudinem assensus includit existimationem, & opinionem cum ignorantia. Nos itaque disputamus de opinione sumpta pro assensu interto absque ejusmodi stultissima existimatione, & opinionem vocamus sive ratione, sive auctoritate nitatur incerta. Illa itaque multa, quae sapientissimè prosequitur ibi August. contra opinantes, & opiniones nil pertinent ad præsentem questionem. Imò opinionem pro assensu incerto culpa vacat, & laudabilem esse posse tradit inibi August. non semel. Dicit enim ad medium illius capitis: *Christus autem tunc est culpandus, cum vel de Deo indignum, vel de homine facile creditur. locum verò rebus si quis quid credit, si se ipsius scire intelligat, nulla culpa est. Nempe tamen illi fallatur. Et tunc ista de capitis: sed si quis diligenter consideret plurimum esse, utrum se scire quis putet an quod nescire si intelligat, credat, aliqua auctoritate commutatus, profecto error, & inhumanitatis, atque superbia crimen vitæ. Ac de muni cap. 12. sub initium: Nam quis vel in sanis evolvendum putet, qui eis officia debita impenderit, quos putet esse crediderit, etiam si non essent. Id est etiam si fallatur, etiam si opinione falsa inducatur ad agendum. Opinione, inquam, sumpta juxta sensum præsentis questionis nostræ.**

ART. XXII. Sanè si ad hæc attendere, Sinnichius voluisset, & ea invicem distingueret, inter quæ dicit August. plurimum inter esse, atque rebus ipsas significatis, nec soli vocis sono aliter, & aliter significatis animum applicuisset. Vitare facile potuisset in-

veniens confundendi opinionem, de qua disputa-
mus, cum errore, & fallitate, nec erupisset §. 377. &
quod illas ab Augustino nuper, & depe alias re-
probatis clare, atque temeritate plenas sententias,
quibus diserte asserti nullum, & nusquam opinio-
nem seu probabilem, seu probabiliorem, seu etiam
probabilissimam excusari, aut excusare à peccato,
sed omnem prorsus opinionem esse peccatum, & in-
ducere in peccatum, atque eum, qui in rebus animo
eodem oblati, sed incertis, aut ambiguis, hoc est
in rebus utrimque opinabilibus (nec enim de cer-
tis, aut claris, ac indubitatis opinari est) eum,
inquam, qui in talibus erupit in assensum opina-
rium, eo ipso quidam mentis inordinatione in se-
ditione prode, erroris periculose circa necessita-
tem exponere, adeoque eorum erroris incurrere,
temeritatis sibi notam incurrere, monitolum men-
tis suum parere, & quod si jam sufficiente notitia ad
recte agendum instructum, studium ulteriori inda-
gationis deponere. Quod tamen præterquam ha-
bit Augustinum, ut dixi, contradicentem in ver-
bis nuper memoratis, & clarius, ac plenius in toto
contextu, unde extra citata sunt, eademque ipsum
vel maxime carpiunt Si nihil in ipso est effluentem
illa cum assensu opinatio in re apud ipsum incerta,
& ambigua, cum falsi apud neminem certitudo, &
indubitata dari possit. Et omnia inquam, sunt
etiam adeo paradoxa, & sensu, & praxi
humani generis aliena, ut nulla mea indigeant im-
pugnatio, quæ tamen suppetet abundè ex dicen-
dis infra præsertim de mente Augustini circa quæ-
stionem istam totam.

*Observatio secunda de ulteriori
Sinnichiana confusione opinionis,
& ignorantia cum vitio, & pec-
cato.*

ART. XXIII. Insurgit novo, sed affimili cona-
tur Sinnichius adversus commu-
nem apud probabilium patronos, excusationem
peccati ex ignorantia invincibili, ratione cuius in
rebus plurimis nec scientia, nec fide divina certitu-
dinem assequi possumus, & depe à veritate per dece-
ptionem, & fallaciam inevitabiliter aberramus. In-
surgit vero dicendo ignorantiam usque adeo non
excusare à peccato, ut ipsa, qualiscunque ignorantia
circumagibilia, seu eligibilia sit per se peccatum, atque
pro hac re transportat in suum codicem cap. 96. quæ
est Augustino, & aliis accumulaverat in eundem loco
papa Janenus in suo Pseudo-Augustino, & sunt ob-
via in Augustino. Addit §. 361. ignorantiam saltem
legis naturalis excusare neminem posse, quia nun-
quam in vincibilis ea esse potest. Quam in rem supe-
radit Patribus Theologorum præcipuis, qui ha-
bentur apud Vasq. n. 2. lib. 120. c. 11. & notat di-
ctum Gersonis lib. de vita spirit. lect. 4. coroll. 3. Concor-
dare esse sententiam, nullam in his, quæ legis divine sunt,
ignorantiam invincibilem. Addit rursus §. 363.
opinionem ex suo conceptu universali includere in
se inordinationem aliquam & vitiositatem. Quod
probat ex D. Thoma negante ea de causa possibilitate
tem opinandi pro statu innocentiæ, ut apparet ex lo-
co à nobis indicato superius art. 2. & ponderat Sinni-
chius ex inordinato, & vitioso nil, unquam ordina-
tum, ac virtuosum provenire posse, ac proinde ex
nulla opinione, qualiscunque ea sit, actum ullum bo-
num.

num procedere unquam posse.

ART. XXIV. Dico nil horum quidquam facere
ad propositum. Quod ut clarius manifestetur, triplex
distinctio habenda præ oculis est. Prima distinctio
est peccati, quod ratione sui meretur specialem pœ-
nam, à peccato, quod ita est pœna peccati, ut nul-
lam ulterius specialem pœnam ratione sui mereatur.
Altera distinctio est ignorantie vincibilis ab invin-
cibili. Vincibilis est, quæ ab eo, qui illi subest, vitari
propria voluntate potuit, seu mediatè, seu immédia-
tè, seu remotè, seu proximè, invincibilis, quæ non
potuit sic vitari.

ART. XXV. Agnosce utramque istam distin-
ctionem Augustinus (ultrà alia plura loca) præfer-
tim Enchir. cap. 20. & 21. & lib. 3. de lib. arb. cap. 19. Epist.
105. ad Sixtum aliquanto post medium. Ac per hoc,
ait, inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel
additamento etiam propria voluntatis, sive qui novit,
sive qui ignorat, sive qui judicat, sive qui non judicat.
Quia & ipsa ignorantia in eis, qui intelligere noluerunt,
sine dubitatione peccatum est, in eis autem, qui non po-
tuerunt, pœna peccati. Ubi distinctio ignorantie eor-
um, qui intelligere noluerunt, ab ignorantia eorum,
qui intelligere non potuerunt, clarissimè continet in
se distinctio ignorantie vincibilis ab invincibili.
Illa enim talis dicitur, quia, & quatenus provenit
à libera intelligendi voluntate, hæc quia, & quatenus
provenit ab intelligendi impotentia. Nec minus elu-
cet clarè distinctio peccati, quod per se est causa pœ-
næ, à peccato, quod est pœna, tum in ipsidem
postremis verbis, tum maxime in priori allati testi-
monij periodo. Absurdè namque distingueretur,
quod sine dubitatione peccatum est, ab eo, quod est
pœna peccati, si utrique ita conveniret ratio pœnæ
peccati originalis, quæ procul dubio convenit omni-
bus peccatis personarum filiorum Adæ, ut conveni-
ret etiam utrique specialis causalitas ulterioris pœnæ.
Absurdius verò, seu manifestiori absurditate distin-
gueretur in initialibus verbis peccator inexcusabilis
reatu originis, à peccatore, qui est inexcusabilis ad-
ditamento propriæ voluntatis, si eadem asserta à no-
bis distinctio peccatorum ab Augustino non agnos-
ceretur, nec dicerentur peccata obnoxia divinæ vin-
dictæ, alia quidem per solam denominationem à
peccato originali, alia verò etiam per seipsa.

ART. XXVI. Postrema distinctio est ignorantie
legis naturalis quoad præcipua ejus capita, & funda-
mentalibus principia valde manifesta, & quibusvis fa-
cile perita, ab ignorantia legis naturalis, quoad con-
clusiones deducibiles ex illis principiis occultiores
ex sua natura, & à solis sapientibus cognoscibiles, per
proprium discursum, & ne illis quidem notas quoad
aliqua certitudinaliter, ac evidenter. Distinctionem
istam amplectuntur, & merito Theologi cum D.
Tho. 1. 2. q. 100. art. 11. Ubi expressè distinguuntur
præcepta naturalia cuilibet etiam populari facile nota,
& præcepta naturalia solis sapientibus nota, & si-
militer distinxerat q. 95. art. 6. præcepta communissi-
ma legis naturalis, & præcepta magis particularia, &
quasi conclusiones priorum, atque hæc posteriora
dixerat posse aboleri à corde hominis, non solum per
peccata propria, sed etiam per malas aliorum persua-
siones. Et præterea qui scit Decalogum, prout repe-
ritur expressus in sacris litteris, dicitur absolute scire,
& non dicitur absolute ignorare legem Dei,
tametsi ignoret interea quam plures conclusiones
indè deducibiles, atque D. Augustinus conscius
utique divinæ legis atque Sapientissimus dubi-
tat de nonnullis in lege Dei contentis, ut ex-

gr. lib. 1. de serm. Dom. in Monte cap. 16. post. med. dubitat, an uxor à marito suo dimissa committat peccatum incontinentiæ, si alteri marito copuletur vivente priori marito. Dicit enim: Si autem dimittatur à viro, cum quo esse cupiebat, incontinenti quidem, qui eam duxerit secundum Domini sententiam; sed utrum & ipsa tali crimine teneatur, incertum est. Et inibi paulò post proposita questione, an licere aliquando possit uxori, ut præhabito consensu mariti alteri homini commisceatur? subdit: Quamquam nonnulla causa possint existere, ubi & uxor mariti consensu, pro ipso marito hoc facere debere videatur, sicut Antiochia factum esse perhibetur; Atque relato casu Antiocheno planè miserabili concludit: Nil hic in alteram partem disputo, liceat cuique estimare quod velit. Idemque S. Doctor. Ep. 65. postrema, frequentes suas circa legem Dei hæsitaciones exponit Paulino his verbis: Sæpe not quippe conturbat, & difficile est non aliquid, quod magis faciendum erat, omittere, dum illud mutare volumus, in quo prius permanere statueramus. Et rursus: Hic non saluti difficile est. Ac demum: Hinc oro participem me facias cogitationum tuarum, quid in talibus vel facere soleas, vel faciendum esse reperias. Sed nil necesse est in hoc puncto amplius immorari, quando, id est manifestissimum ex quâ pluribus, apud præclarissimos, quosque Magistros, & Ecclesiæ Doctores, controversis de licito, & illicito juxta legem Dei, legemque naturalem, alius affirmantibus, alius negantibus, ac proinde alterutris saltem ignorantibus, idque procul dubio invincibiliter, cum adhibeant diligentiam, quantum possunt.

ART. XXVII. Jam probabilitatem Patroni, quos Sinnichius capite illo 96. in titio impugnandos proposuerat sibi, quoad hoc specialiter punctum ignorantie nullibi docenti ignorantiam vincibilem, sed solam invincibilem excusare à peccato, ut communiter loquimur, formali, seu à peccato, quod ratione sui seorsum sit meritum peccati; atque id tenent tanquam principium indubitatum, ut notavi quæst. 24. de ast. hum. Exorbitat itaque Sinnichius, dum proponens impugnare probabilitatem: nullamque tentans adversus eos rationem proponere, nullum item proferre testimonium, in quo aliquid dicatur, vel etiam insinuetur ullo modo de ignorantia invincibili non excusante à peccato ratione sui seorsum meritum peccati, uti facile, & clarè deprehendet, qui volet legere longam ejus circa hoc rapsodiam. Sed exorbitat multò magis, quatenus inserit testimonium idque gravissimum, quod suffragatur apertè sufficientiæ ignorantie invincibilis ad excusandum à tali peccato. Inserit enim Augustinum dicentem lib. de gratia, & lib. arbitr. cap. 3. Nec tamen idèd confugiendum est ad ignorantie tenebras, ut in eis quisque requirat excusationem. Aliud est enim nescire, aliud scire noluisse. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur. Noluit intelligere, ut bene ageret. Per quæ manifestè datur intelligi in iis solam ignorantie tenebris non esse requirendam excusationem, quibus quis voluntate subest, non necessitate, ac proinde ignorantiam, quæ ab ignorante ipso vitari non potuit, valere ad excusationem à peccato, ratione sui seorsum specialiter demeritorio. Verborum in hoc testimonio immediate antecedentium, & subsequentium meminero paulò post.

ART. XXVIII. Prius etenim notare oportet confinem aliam exorbitationem Sinnichii quoad peccata subsequentia ad ignorantiam invincibilem. Quia probabilitatem non negant dari sub ignorantia invincibili peccata, quæ solemus dicere materialia,

& S. Augustinus, ut mox vidimus, alique exemplo ipsius dicunt penas peccatorum, seu peccata, quæ sunt penas peccatorum. Sed neque negant idem probabilitatem peccata ita materialia esse vere, & propriè peccata per denominationem à peccato originali, & esse voluntaria, atque imputabilia præcisè voluntarietate, & imputabilitate, quæ peccatum idem originale simul cum omni deordinatione, ac perversione intellectus, & voluntatis inde necessario resultante voluntarium, atque imputabile est. Ita autem hoc non negant, ut neque affirmant, quod re ipsorum non erat quidquam circa hoc affirmare, vel negare, cum quæstio solum sit, an opinio probabilis excuset ab eo peccato, à quo certum est non excusare opinionem improbabilem, ac temerariam aut errorem liberè propria personali libertate contractum, id est, an excuset à peccato, quod merito sui seorsum mereatur specialem penam. Præcitant itaque à malitia, & imputabilitate per denominationem à peccato originali, ut à temeraria pertinenti ad scopum quæstionis, idque factum per optimo sequentes exemplum in re simili, & volumus D. Thom. de verit. quæst. 18. Quæ est de cognitione primi hominis art. 6. ubi sic habet: Aliud hoc dictum improbare nituntur ex hoc, quod Augustinus omnem falsam estimationem, errorem nominat, & dicit etiam omnem errorem malum esse, in magno autem magnum, in parvis autem parvum. Sed in hoc non est multum insensendum. Quia cum de re agitur, debet quæstio nominum intermitteri. Perperam ergo, & proflus abs re convexit Sinnichius plura illa testimonia de oblivione, & ignorantia, involvunt peccato, seu non excusante à peccato, cum in plerisque eorum nulla fiat distinctio, cum ignorantia vincibilis ab invincibili, aut peccati quod ratione sui est causa peccati, à peccato, quod solam excusationem habet cum ad titamentum doctrinæ contradictionis scopo Sinnichii, uti de Augustino, quem cæteri sequuntur, innotuit satis art. 25. Iste ergo à nobis patrem mittuntur ejusmodi testimonia, utpote ad rem pertinentia, & quæ à nobis admittuntur de plerisque jacent absque ullo præjudicio præsentis doctrinæ.

ART. XXIX. Id circa hæc fortè prodere debet notasse, Augustinum, & qui cum ipso, aut pro ipso vixere, & scripsere, optimo consilio indubie agnoscendæ, exprimendæ, ac firmiter retinendæ rationi peccati in oblivione, & ignorantia, quæcunque ea esset, necnon in iis, quæ qualitercumque inde subsequenter dissentanea re ipsa legi Dei. Quia Augustinus, quem reliqui imitari sunt, & imitari debuerunt, utpote in eundemque collimantes, totam ætatem egissent refellendis, neque per omnes vias, ac modos confundendis hæreticis, ac præsertim Pelagianis, qui negabant peccatum originale, & consequenter dicebant, oblivionem, & ignorantiam, & quemvis alium hinc, vel aliud proveniente defectum recti ad finem ultimum ordinis, absque propria cuiusque personali libertate, non esse sordes animi invecas per peccatum originale & quibus idem peccatum originale sufficiat animum, sed esse primordia hominis naturalia, & proprietates nature humanæ, præcitant à Deo instituta est, nullamque proinde in illis ejusmodi defectibus agnoscendam esse ullo modo rationem voluntarii, & peccati, uti deservit Augustinus latè libris duobus de peccato originali lib. 4. 5. & 6. contra Julianum cap. 1.

de dono perseverantiae, & alias sapissimè. Unde
quod Pelagianos nolle agnoscere in oblivione, &
ignorantia, aliisque ejusmodi defectibus ullam ratio-
nem peccati ullo modo, penitus erat, atque nolle
agnoscere, penitusque negare peccatum originale.
Necesse igitur Augustino fuit, & optima ratione in
hoc semper incubuit, ut pro stabiliendo eodem pec-
cato originali iisdem illis defectibus, eorumque pro-
prietatibus adscriberet è contra rationem peccati
ipsius, & sententiam jam explicato ex Augustino ipso, ubi-
cunque incidere de illis sermo, dum disputabat ad-
versus Pelagianos, Manichæos, aliasque similes pec-
tantes. Ceterum ut Cornelius ille Iprentis, & Sinni-
chius iste, aliique nonnulli usurpent Augustini ea de
re, aliorumque per ea tempora scriptorum testimo-
nia, dum disputant contra Theologicos Catholicos,
& plerisque de Religione Catholica optimè meri-
tos, atque de peccato originali, & ejus effectibus
similissimam tenentes fidem, & sanam, atque inte-
gram doctrinam; id enim verò est non solum abs-
te, & extra scopum propositum, ut dixi, verum etiam
secundato propriè dicto plenum, quoad plerisque
ipsorum lectores, quatenus eas auctoritates, &
auctoritatum ponderationes prosequuntur abique
parum illa à nobis, ex communi consensu, distinctio-
ne, & accommoda distributione ignorantiae, & pec-
cati, hoc tempore apprimè necessaria, & sufficien-
ter subintellecta tempore Augustini, ac propè; Ex
ipso celeberrimo pro tunc controversiarum statu.
Hoc, inquam, tempore apprimè necessaria ob ra-
tionem illi similem, qua Synodus Tridentina pro-
prie nonnullis postremi saeculi hæreticos coacta est
adhibere *ss. s. sub finem*, definitionem istam. Hanc
comprehensam, quam aliquando Apostolus peccatum ap-
pellat (appellat verò frequentissimè omnium Augu-
stinus) *sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam*
namquam intellexisse peccatum appellari, quod verè, & pro-
prie in tenetur peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad
peccatum inclinatur. Atque hæc de ignorantia, & pecca-
to in genere.

ART. XXX. Quod ad ignorantiam invincibi-
lem attinet legis, seu juris naturalis possibilem, vel
impossiblem. Pro præsentis imprimis controversia de
iusto opinio probabili, loquendo formaliter,
& directe intra limites ejus proprios, nil refert
scire, in qua materia, & circa quæ objecta dari possit,
vel non possit opinio probabilis, & is consequenter
ignorantiae gradus, qui est de conceptu talis opinio-
nis. Solum namque quaeritur, an opinio probabilis,
quandocunque, & cuicunque adest, quæquid ad-
est, in quacunque demum materia contigerit illam
adest, reddat tutum in conscientia operantem se-
cundum ipsam? Unde sicut esset præter rem dum
agitur de hoc puncto inquirere, quinam sint, &
quando incipiant, & quandiu permaneant esse capa-
ces concipiendæ opinionis probabilis; ita est præ-
terem inquirere, quanam objecta sint capacia ter-
minare opinionem probabilem. Licet enim neutrum
sit extra sphaeram totius tractationis de Conscientia,
est tamen utrumque extra sphaeram hujus controver-
siae particularis.

ART. XXXI. Difficilius deinde est, ut quis in-
culpabiliter habeat opinionem probabilem, eamque
solum ignorantiam, quæ est de conceptu ipsius, quam
inculpabiliter patitur totalem ignorantiam circa
eam legem, cujus notitia certa, ac indubitata est ob-
via, & cujus facillimè pervia; sicut est difficilior, ut
quis inculpabiliter careat discursu circa aliquid,
perhabito principio discurrendi circa illud, quàm ut

inculpabiliter careat eo principio particulari. Sicut
enim qui assequutus est, & tenet in mente sua prin-
cipium discurrendi circa aliquid; Eo ipso habet in
potestate, ut discurret circa illud, fieri verò facillè po-
tuit, ut non haberet similiter in potestate cognitio-
nem ejusdem principii: ita qui opinatur circa rem
aliquam, facillè fieri potuit, ut de ea re nil cogitaret,
ac proinde nec opinaretur, nec haberet in potestate
cogitare, aut opinari; at ex suppositione quod opi-
netur, necesse est, ut cogitet actu de re, circa quam
opinatur & siquidem opinetur probabiliter; Necesse
similiter est, juxta notionem opinionis probabi-
lis superius insinuatam *art. 14.* eandemque certissi-
mam apud omnes, ut circumspiciat diligenter, an
appareat aliquid certum, & indubitatum in contra-
rium. Hæc autem circumspectio diligens adhiberi
à nemine potest circa rem, cujus certa, & indubitata
notitia est cuivis facillè pervia, quin idem circa eam-
dem rem hanc ipsam notitiam assequatur de facto.
Dum ergo Sinnichius impossibilitatem opinionis
probabilis circa ea, quæ sunt de jure naturæ, id est,
quorum notitia certa dicitur facilis, & obvia, niti-
tur probare solis testimoniis negantibus impossibili-
tatem ignorantiae simpliciter circa eadem, assumit,
quod est difficilius, ut credatur, ad id probandum,
quod creditur facilius. Quod est contra rectam me-
thodum argumentandi.

ART. XXXII. Id aliquando deterius videri
potest, quod rursus deferatur punctum controver-
siae ob defectum distinctionis à nobis præmissæ *art.*
26. Quia Theologi illi præcipui, & quæ à Gesio-
ne merito dicitur concors sententia, non negant
possibilitatem, aut etiam frequentem existentiam
ignorantiae invincibilis circa occultiores legis na-
turalis conclusiones, & articulos, sed solum cir-
ca præcipua ejus capita, ex se spontè manifesta, &
cuivis facillè pervia. Cujus inter alia argumento
est D. Thomam, qui inter præcipuos eos Theolo-
gos est super præcipuos, & quo nemo manifestius
negat absolutè ignorantiam invincibilem legis na-
turalis, tenere nihilominus possibilem esse, & da-
ri sæpè ignorantiam invincibilem circa remotiores,
& abstrusas ejusdem legis conclusiones, ut conjun-
ci facillè potest ex locis à nobis indicatis *supra art.*
26. Et docent eam esse S. Doctoris mentem Sylve-
ster cum S. Antonnio *verb. Opinio quest. 1.* ali que
Thomistæ communiter, quibus addi possunt plu-
res alii cum eadem limitatione relati ab ipso Sinni-
chio *cap. 101.* præsertim sub finem. Probabilita-
tum autem patroni nullum opinionibus probabili-
bus dant aditum, neque controversiam movent ul-
lam circa fundamentalia illa principia facillè obvia,
& certitudinaliter manifesta, sed solum circa con-
clusiones remotas, & abstrusas, cum sit axioma il-
lorum indubitatum, ad probabilitatem requiri, ut
pro neutra parte appareat, ulla totalis certitudo,
ut Sinnichius ipse referebat ex Tamburino, quem
vult credi probabilistarum perditissimum, post il-
lustrissimum Caramuelem. Perperam ergo, & pro-
fus abs re utitur Sinnichius auctoritate veterum
Theologorum adversus Neotericos nihilo ab illis
differentes, nisi quod Neoterici hac de re loquun-
tur cum distinctione, & claritate aliquantò majori,
quæ est ordinaria posteriorum scriptorum præroga-
tiva quoad ea, quæ æquè ac priores intelligere suf-
ficiunt. Verum oportet scitissimè audire Gesionem,
cui specialiter semel, atque iterum plaudat Sin-
nichius dicent *par 3. lib. de vita spirit. lect. 4. co-*
roll. 7. Quidquid sit de ignorantia facti, aut juris
humani,

humani, & naturalis positivi, concors est sententia, nullam in his, quæ legis divina sunt, cadere ignorantiam invincibilem, quoniam facienti, quod in se est, Deus semper assistit paratus illustrare mentem, quantum oportebit ad salutem, & erroris evitacionem. Possit enim ista particula, quæ prætermittit Sennichius, hanc spero sufficientem adversario pertinacis, ut nobiscum consentiat in intelligentia consensu ejus sententia: sicut nec sufficit, quod habetur apud eundem par. 2. lib. de reg. Moral. lib. 8. non quilibet tenetur scire de quolibet peccato mortali, an sit tale, licet expeditur &c. Et paulo post. Nemo utens ratione diu ab ignorantia principiorum moralium (an etiam conclusionum?) excusatur. Fortè enim moralem ad considerandum apponere fas habet. Sed neque sufficit, quod idem author in eodem opere de vit. spirit. præmiserat circa idem punctum lect. 2. post med. Sequitur statim ex his, ait, quod apud facientem illud, quod in se est, nulla est ignorantia invincibilis, neque juris, neque facti in lege divina; Vel agens ex ignorantia tali nunquam peccat. Primam partem tenuerunt Doctores Excellentes, ut Guillelmus Parisiensis, contra quos sunt valida rationes &c. Pro parte altera sunt alii, ut Guillelmus Antiodorensis, qui talem ignorantiam præferunt facti, ac juris humani dicunt posse contingere. Audiat jam ergo distincta expressio ejus, quod intelligit, & completitur Gerson sub nomine legis divinæ, & naturalis. Lex aliqua, inquit, ibidem coroll. 4. non ideo dicitur appropriatè divina, quia ex principis juris divini deducitur. Et post pauca; Et pro manuclutione capiamus simile in eis, quæ dicuntur fides. Non enim fides adscribitur omnem veritatem, quæ sequi potest ex veritatibus contentis in Sacra Scriptura. Quod sane exemplum est significantissimum in rem nostram. Summa tamen ejus claritas habetur coroll. 7. initio. Aliqua est lex purè divina, (idem dicit de lege naturali in fine corollarii) aliqua pertinet ad divinam, aliqua impertinet: Ac deinde. In primo gradu reponuntur leges immediatè revelatæ à Deo pro tota communitate hominum, aut principaliori parte scripta in Bibliis. Rursum post med. Declinemus nunc postmodum quid sit lex pertinet ad divinam, & dicemus, quod illa lex est pertinet solum, quæ licet deduci non possit à veritatibus solis legis divinæ, deducitur tamen ex eisdem, assumptis aliquibus verè probabilitibus, quæ pie, & rationabiliter negari non possunt. Suggestit autem post hæc utilem admonitionem. Ignorantia autem istius distinctionis multos plerumque turbat, & involuit. Nempe extendentes, vel ad legem pertinentem ad divinam, aut naturalem, quæ dicuntur de impossibilitate ignorantie invincibilis circa ipsam divinam, aut naturalem legem, vel ad hanc utramque, quæ dicuntur de possibilitate invincibilis ejusdem ignorantie circa legem pertinentem. Sed ejusmodi turbatio, ac involutio eorum jam tantummodò est, qui turbati amant, ac involui regredientes à claris, ad obscura, & renuntiantes manuclutioni successione doctrinæ, quæ parte proficit distinctione indistinctorum prius. Posteriores namque DD. Adrianus, Vasquez, alique quamplures clarissimè hæc exposuere, & confirmare iuxta dicta. In eandem distinctionem intenderunt posteris digitos duo præcipui præcursores Theologiæ Albertus Magn. in 2. dist. 22. art. 16. ad med. & Alensis 2. par. quæst. 112. memb. 7. & quæst. 153. memb. 3. ad 2. Cum enim uterque absolute

enunciet ignorantiam juris naturalis, & divinam excusare à peccato; Distinguant nihilominus, ac limitant; Albertus quidem his verbis. Iste autem omnibus proponitur ad sciendum, & quodlibet est peccatum, quod non scitur nisi per studium; Et patet quod ista est crassa, & supina non excusant. Secunda autem excusatur vel à tanto, vel à toto, sicut casus multorum diffinit. Alensis vero dicit sic. Est iterum ignorantia juris divini, & canonici, & hæc excusatur simpliciter quoad divinam, quæ non sunt necessaria ad salutem essentialem, & iterario vero est ignorantia, quæ non excusatur quoad divinam, utpote ignorantia supina, sive assensu, & ignorantia rerum, ad quæ tenetur homo, & ignorantia negligentia, & rursus. Ad secundum vero dicendum, quod si non ostendatur Augustini intelligenda est de illis, qui habent ignorantiam, quæ necesse est cognosci per disciplinam, & talis excusatur non solum à pena, sed etiam à culpa. Authentice Augustini, erant verba illa ex qq. vet. & non ita. Ille ignorans potest excusari à pena, qui quod sciret, non invenit. Ex his ergo, quæ per posteriores sententias Theologos majori semper cum luce propagata sunt, apparet clarè nullam contra nos vim habere se in testimonio dicentium absolute, ac indistincte non dari ignorantiam invincibilem circa ea, quæ sunt juris divini, & naturalis. Eiusmodi est, quod dicit Gratianus 1. quæst. 4. cap. Turbarur. Ignorantia juris naturalis omnibus adultis damnavit. Cuiusmodi etiam adjungo glossam inibi marginalem, in qua cum similiter dicatur: Ignorantia juris divini, seu canonici non excusatur, mox subditur: Et hoc intelligitur in eo, quod tale est, quod aliquis de facili per seipsum scire potest, & alios. Suggesto: & simile in similibus semper intelligendum est, iuxta monitum Philosophi, lib. 1. de eth. cap. 5. ante med. eos quoque puniunt, qui aliquem ignorant, quæ ad leges pertinent, quæ quidem & sunt, & difficilia non sunt. Atque ibi D. Thom. lib. 1. de diff. juris non tenentur omnes scire, quæ ne possunt. Ac deinde nullus invenitur auctor claudens quædam inerte distinctionis inter ea, quæ sunt expresse hoc Dei, quæque inde inferibilia sunt; inter clara, & obscura, facilia sciri, & difficilia, & tamen quædam promiscuè de omnibus dari posse ignorantiam invincibilem, & excusantem à peccato.

ART. XXXIII. Quod dixi, Theologos edocuisse nos nullum dare aditum probabilitati opinionis circa fundamentalia, & à quovis certo cognoscibilia legis naturalis principia, multo magis habere locum circa ea, quorum notitia certa certitudine fidei divinæ est necessaria necessitate mediæ ad consequutionem vite æternæ. Quia Deus quilibet dicit potestatem filios Dei fieri, dedit utique potentiam ea consequi, quibus non habitis illi Dei fieri nequaquam possunt: Unde nemo adultus circa culpam suam gravem, carere potest fide Dei temerario, & agnitione veræ Religionis, ac preindignatione invincibiliter patitur ignorantiam oppositam cognitioni ejusmodi certissime, & infallibiliter, neque quoad hoc existit ulla cum probabilitate contrarietatis. Unde specialiter clarissime est Simplicium abuti testimonio Augustini ad rem, de qua controversatur, nil pertinente, ex libro de gratia, lib. arb. cujus testimonii partem expendimus art. 17. dilata in hunc locum parte reliqua, in qua perspicue manifestè Augustinum ibi agere de sola notitia certissima ad salutem, deque ejus privatione non excusabili per ignorantiam, quo minus ignorans penas inferni sustineat. Cum enim præciseret Augu-

dominus in Evangelio ait: Servus, qui nescit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis, rapulabit pangs. Servus autem, qui scit voluntatem Domini sui, & facit illa, quae plaga, rapulabit multis; intericit deinde verba, quae superius expendimus, subditque demum haec alia, quibus intentum nostrum ponit ob oculos: scilicet illa ignorantia, quae non est eorum, qui scire volunt, sed eorum, qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic censet ut sempiterno igne non ardeat, si propterea non credat, quia non audit omnino, quod crederet, sed fortassis ut minus ardeat.

ART. XXXIV. Similia multa, quae fuscè transmittit: Sinnichius, non est operæpretium sigillatim recte, ac excutere cum temporis jactura, & tædio Lectoris, quando omnia ex dictis claram legitimam intelligentiam lucem apud quemlibet facile nanciscuntur. Nanciscuntur certe illam facillimè verba quædam Lactantii emphaticè à Sinnichio repetita, c. 1. 1. Insuper, divin. cap. 7. & haec alia Divi Augustini, lib. de catech. rud. cap. 25. Cum videris multos non scire haec facere, sed etiam defendere, atque suadere; tene ut ad legem Dei, & non sequaris pravaricatores ejus. Non enim secundum eorum sensum, sed secundum illius veritatem judicaveris. Augustinus enim in his verbis, atque in toto illo libro, & similiter Lactantius in toto illo suo opere, ac praesertim in libro secundo, ac in verbis à Sinnichio jactatis non loquuntur de ignorantia, & de errore, seu opinione, vel in genere, vel circa ea, quae omnibus hinc inde diligenter consideratis sunt incerta, & opinabilia, sed circa ea humanae salutis fundamentalia principia, quae revelatione evidenti, cui maxime incumbit Lactantius, vel manifesta divinae revelationis auctoritate, quam Augustinus impensis considerat, sunt certissima, ac infallibilia, quod quivis ea opera, vel oscitanter perlegens palpabiliter deprehendat, ut propudiosum planè sit, & non solum perpetuam ejusmodi testimonia in rem praesentem contere.

ART. XXXV. Eadem ratione praetermitto ea, quae loquuntur oracula, quae adversus infideles, idololatrias, & haereticos, directa ab Spiritu sancto, Sinnichius nullo etiam superinducto colore applicat Doctoribus Catholicis suffragatoribus opinio- nariis probabilis. Tale imprimis illud est, quod cap. 99. repetita vociferatione promittit ex Matth. 19. 14. Sinite illos, curi sunt, & duces caecorum. Caecus autem, si caeco ducatur praestat, ambo in foveam cadunt. Quae indubitanter indeinde apparet dicta esse de Scribis, & Phariseis nolentibus credere Christo; transgredientibus, & irritum facientibus mandatum Dei propter traditionem humanam contradi- centem mandato Dei; docentibus modum non honorandi patrem, & matrem, & utrique maledi- centi. Atque ut haec non essent particulariter di- stinguenda elucidata in contextu, quis non intelli- gere cum dici, & esse absolute caecum, qui ad lucem meridianam non videt, quae sunt omnino conspi- cuae, & patentia, non verò eum, qui illa tantum cer- nit, ac distinctè non videt, quae sub luce maligna transparent ambigunt? Pater igitur verba Christi contra tota à Sinnichio nil habere commune cum opi- nantibus sic, vel aliter circa opinabilia, simulque cer- tis de rebus, quae certa sunt, ideoque non com- prehensis in descriptionibus caecorum, Isaia 59. 10. palparimus sicut caeci parietem, & quasi oculis attritavi- mus, impingimus meride quasi in tenebris: Et Job. 5. 14. Per dies morientur tenebrae, & quasi in nocte, sic palparent

in meridie: Et 2. Petri 1. 9. Cui enim non praesto sunt haec (cognitio Christi, & manifesta, ac certissima vitæ Christianae rudimenta, de quibus praeloquutus fue- rat) caecus est, & manu tentans. Oportet ergo agno- scere clariorem meridia luce differentiam certo- rum ab incertis, & dissidentium quoad, haec à dissi- dentibus quoad illa, & non utroque confundere sub eadem censura.

ART. XXXVI. Pergit probare Sinnichius, cap. 99. longis textibus Augustini, & aliorum, vim obli- gatoriam Decalogi perseverare post Christi adven- tum, nec legem Mosaicam evanuisse quoad moralia, atque §. 350. monet, quod nemo ipso non monente con- jicere, aut suspicari potuisset, ea omnia se inser- uisse, ut animadvertatur, quanta sedulitate curan- dum sit, ne anima per lubricas probabilitatum rotas in praecipiti transgressionum devolvatur. Ita autem inter- jecta monitione tam opportuna, atexit immediatè distributionem peccatorum in quatuor gradus invi- cem inaequales, nempe peccati originalis, & perso- nali; sub lege naturæ, sub lege scripta, sub lege gratiae, ac Evangelii. Qui postremus gradus est ma- joris procul dubio malitiae, quam ceteri, ac proinde transgressores legis sub Evangelio sunt ceteris trans- gressoribus deteriores. Quid, inquam, inde? Habeo intentum dicit Sinnichius, & arguit sic arrogans e- videntiam rationationi suae. Quod si evidens sit, trans- gressores Evangelice legis, enormius peccare transgressores legis Mosaicæ, evidens quoque esse debet, enormius peccare eos, qui opinionum suarum commentis ansam praebent Chri- stianis transgrediendi legem Evangelicam, quam qui olim Iudaeis ansam praebuerat transgrediendi Mosaicam. Dico argumentum esse optimum ad concludendum Lu- therum, & Calvinum, aliosque similibus sectarum Magistros, qui ansam ejusmodi praebent esse deterio- res, & gravius peccare, quam subvertores legis Mo- saicae. At contra Doctores Catholicos, quibus du- lum indixerat Sinnichius, nil probat, quia Doctores isti non praebent ansam transgrediendi legem, sed so- lum dicunt, idque innixi fundamentis absolute, & comparative magnis, nullam esse transgressionem le- gis in quibusdam operationibus, in quibus Sinni- chius nulla ductus ratione, vel auctoritate, quae ad rem pertineat, transgressionem asseverat. Fecit hoc Augustinus memoratus supra, art. 17. adversus Ur- bicum circa jejuniū Sabbati; fecit Apostolus Pau- lus adversus Doctores legis Mosaicæ circa observa- tionem caeremonialium, & legalium; fecit Christus adversus Scribas, & Phariseos quoad ablutionem manuum, ut omittam quamplura alia exempla Sum- morum Pontificum, & Conciliorum, & tamen nul- la inde praebita est ansa transgrediendi legem Evan- gelicam.

ART. XXXVII. Superest leviter attingenda po- strema pars hujus observationis de opinione, quam dum Sinnichius universaliter persequitur secundum totum genus, non uno ex capite displicere, omni- bus debet. Primum enim exorbitat à scopo, dum proposita controversia de specie, nempe de opinione probabili, regreditur ad controversiam de genere, nempe de opinione ut sic, eamque exulare penitus jubet, qualiscumque demum sit, & in quacumque materia. Deinde contradicit eatenus Apostolo per- mittenti, ad Rom. 14. 5. Ut in rebus quibusdam, unusquisque in suo sensu abundet, quod non sit nisi o- pinando; atque reprehensores hujusmodi faculta- tis opinandi, inter quos est Sinnichius ex professo, reprehendit tibi graviter Apostolus. Tertiò redigun- tur

tur homines per hanc doctrinam ad impossibile, quia occurrunt plura, circa quæ nec agere, nec cessare quicquam possit, nisi dependenter ab opinione propter incertitudinem utriusque partis contradictionis quoad honestatem, & securitatem, ut dicitur *infra* ex Augustino, de communione quotidiana. Quartò, si omnis prorsus opinio exulare deberet, nil omnino credendum esset de fide humana, quæ utique opinativa est. Id autem merito detestatur vehementer Augustinus in libro jam iterum memorato, de utilitate credenda, à cap. præsertim 11. tanquam dissolutivum societatis humanæ, & commerciorum ejus. Quod si propterea admittatur, uti admittendum procul dubio est, sæpè concipi honestè, & laudabiliter assensum opinativum dependenter ab autoritate humana, eundemque esse posse principium saltem remotum electionis honestæ; quidni idem dicatur de assensu opinativo concepto dependenter à ratione, quæ tanti ponderis sit, quanti est autoritas humana, cui assensum prudenter? Jam ad fundamentum Sinnichii non negatur, quod opinio sit operatio imperfecta, & quæ est falsa, sit insuper vitiosa, ac monstruosa physice, sitque impossibile, etiam quæ vera est, cum statu supernaturali innocentie, qualis de facto fuit. Ceterum opinionem ex suo conceptu esse moraliter imperfectam, & quæ falsa est, esse moraliter, seu imputabiliter vitiosam, & hoc homine esse impossibile cum innocentia, nec ab ea proficisci unquam posse actum voluntatis expertem malitiæ formalis, seu ratione sui merentis penam. Hoc enim verò est falsissimum, & nulla vel etiam apparenti ratione probatum à Sinnichio, qui ab eodem D. Thom. quem pro se adducit, edoceri satis potuit, si considerare voluisset doctrinam ejus 1. 2. quæst. 19. art. 5. & 6. Verum circa hoc punctum abundè sufficiant, quæ paulò antè præmissimus, art. 20. & 21.

Observatio tertia adversus Sinnichium, de via angusta comparata cum jugo suavi.

ART. XXXVIII. **R**esumit Sinnichius, §. 357. illud Christi Domini Joan. 14. 6. Ego sum veritas, & præsupposito ex §. proximo 356. illo oraculo, Matth. 7. 13. Intrate per angustam portam, quia lata est porta, & spatiosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. Assumit deinde istam ponderationem. Porro, quod hujus (Christi) magisterio didicimus, verum esse non ambigimus. Proinde quantumvis Diana molitur viam celi dilatare, vel viam perditionis angustare, non ei credimus, sed Christo potius acquiescimus asseveranti illam esse arctam, istam verò spatiosam. Qui enim illam predicavit arctam, & istam spatiosam, Deus est, Legisfer est, Veritas est: Diana quantumlibet à Caramuele laudatus, purus est homo, Legisfer non est, Veritas non est. Post hæc interpositis duobus testimoniis sacris, de quibus paulò inferius, pergit congeminare eandem antithesin: In Dei judicio non quaeretur à judicandis, quid dixerit Diana, quid Caramuel, aut alius quispiam talium; sed quid Christus, quid alii quivis Legislatores, & legitimi superiores. Ac demum loco sigilli superaddit Lactantium rectè monentem,

lib. 2. institut. div. cap. 13. Nec trahamur auctoritate jusquam, sed veritati potius favemus, & accedimus. Nullus hic temeritatis locus est, in æternum futilitas pena succedenda est, si aut persona inanis, aut opinio falsa decepta. Quibus per ætatem putat Sinnichius causam advenitum licitum opinionis probabilis.

ART. XXXIX. Dico tamen, quod dicit, & dicitur sum sapius, nihil hæc ad rem pertinet, quæ agit: Quia porta, & via quæ ducit ad vitam, non dicitur angusta, & arcta propterea, quæ inter Doctores Catholicos sunt controversia, sic, vel aliter decisa, sed propter ea, quæ indubitato omnium Catholicorum consensu, sunt certissima, atque authenticitate divinæ revelationis distinctæ, & clare illa manifestis infallibilia, & penes quæ tergiversari minime licet propter unanimem, & perpetuam Ecclesiæ Catholicæ intelligentiam, ac traditionem. Adhuc certè pertinent, quæ in cap. isto 7. Martini tangit Christus particulariter, atque ad eandem præsertim distinctus ab ipso fuerant, cap. 15. epistolæ Martini, alludit in istis verbis suis à Sinnichio objectis, ut observat post alios Cornelius à Lapide ibi. Eodem respicitur illud ex Averroë, & consequenti humanæ naturæ fragilitatem absque auxilio gratiæ Dei plausibile, ab nimium, lex Christianorum, lex impossibilem. Eodem respicere Mandatum Cornelii Philosophiæ naturalis præsertim morum haud ignari, qui audita à nostris Missionariis lege Dei, qualiter solet catechizandis proponi, suspensendo scilicet à controversiis inter Catholicos, repositurum, legem ejusmodi non esse probabilibus, sed prosperitibus. Eodem respiciunt, & quæst. 18. de virt. Theol. dum præmonitus loquens capitibus Ethicis Christianæ haud controversiis inter Catholicos, conclusimus doctrinam fidei nostræ, quæ parte practica est, esse naturaliter indubitabilem, ac inacceptabilem, nec nisi operante, & cooperante gratia Dei potuisse ulque adeo invadere in genere humano, atque ipsam ipsamque adeo arduæ propagationem tam latam, tam firmam argumentum esse validissimum, ac proprius impossibile veritatis sibi inexistens, & auctorem habuit Deum omnipotentem. Denique si portam esse angustam, & arctam viam verificaretur deprobatione à probabilium decisione hac potius, quam illa sequeretur, vel illam veritatem, quæ est de fide, tantum opinionem probabilem, vel probabilium istorum, in quibus utralibet pars contradicere resisteret tantum probabilis, alteram partem esse certam et fide, & alteram hæreticam. Quia quæ dependenter probabilibus non possunt esse certa, sed ad summa probabilia; & quæ connectuntur cum infallibilibus, sunt & ipsa eatenus infallibilia.

ART. XL. Facile est adversarios adigere ad similem respondendi modum, si illis obijciatur illud Christi Domini, Matth. 11. 30. Iugum meum suavis est, & onus meum leve: Si tractandum proponatur exemplum Apostolorum, & seniorum Jerusalem scribentium Antiochenis, Ador. 15. 18. Vigila spiritui sancto, & nobis, nil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria (quæ lex, aut ratio dicta certo præscribit: si exprobraretur illud Christi Domini adversus Scribas, & Phariseos, Matth. 23. 4. Alligant onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum. His enim & similibus, quæ sunt permulta, auditis necesse est, ut dicant adversarii, nil illorum ad ipsos specialiter pertinere. Nè potè jugum Dei fieri suave, & onus leve non modice

gentia temporalium delectationum, sed dilectione Dei, ut docet sepe Augustinus; atque inter onera necessaria connumerari, quæcumque recta ratio, quam videlicet hippositum auctores sequi seglo- nantur, deducit ex oneribus explicitè, & certò im- pòssis à Deo; gravia verò, & importabilia dici, quæ cum mensuram certò, multumque supergre- diuntur. Patet igitur per huiusmodi axiomata gene- ralia, quæ locum majoris tantummodo habere pos- sunt, nil peragi quoad utramlibet partem præsentis controversiæ de utilitate opinionis probabilis, dum non abjungitur minor continens conditionatè fal- sitatem eorumdem axiomatum, si ea pars teneatur, quam quisque evertere nititur. Id quod Sinnichius atque adeò non præstat, ut ne tenet quidem.

ART. XLII. Apparet adhuc manifestus neutri parti licet, vel alteri opinantium, seu rigide, seu beni- gne ad illud speciale universale patrociniū in generalitate axiomatum prædictorum, si conside- rantur oracula divina æqualiter remota ab utro- que extremo nimis laxitatis, & restrictionis nimis, ut dicitur 4. 2. Non additis ad verbum, quod vobis loquor, ne auferatis ex eo: Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Et ibidem, cap. 12. sine: Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quid- quam, nec minuas. Et Proverb. 4. 27. Ne declines ad dex- tram, neque ad sinistram, id est, neque prætextu ex- quise honestatis, neque appetitu delectationis temporalis, quæ ferè est expositio Augustini dicens, lib. 2. de pec. mer. cap. 35. Non declines in dexteram speiæ presumptione iustitias, nec in sinistram securæ dele- ctationis peccati: Similiter Isaie 30. 21. Hæc est via, am- bulate ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Manifestum porò est in controversiis de obligatione tale, vel tale aliquid, seu agendi, seu amittendi opinionem affectivam obligationis, si fal- sitas, addere legi Dei, sicut demit eadem opinio ne- gativa obligationis, atque utraque falsitate declinare opinantem, altera ad dexteram, altera ad sinistram. Cum ergo evidentiissimum sit in tota collectione quomodocumque contrariarum de eligibilibus, ac agibi- libus totidem dati opinionis affectivas, ac negativas obligationis, & totidem similiter falsas, ac veras; si- quidem in qualibet tali controversia perpetuo dan- tur, nil ipse controversiæ conceptus essentialiter re- pugnat, due opinionis invicem contradictoriæ, qua- rum proinde altera est affirmativa, altera negativa, altera vera, & altera falsa, & consequenter altera non addens, nec auferens legi Dei, nec ad dexte- ram declinans, nec ad sinistram, altera de converso declinans ad dexteram, vel ad sinistram, & vel ad- dens, vel auferens: Cumque sit non minus inter- tum; ultra collectio opinionum affirmantium, an ne- gantium obligationem plures in se contineat fal- sitates; hoc est ultra collectio plus declinet à via re- ctæ, & an collectio affirmantium plus addat legi, quam auferat collectio negantium; vel si mavis, ultra collectio declinet, & vel addat, vel auferat: concluditur planè neutrum genus opinionum ita esse universaliter præferendum alteri opinionum generi, ut hæc præcisè de causa una opinio, aut via opinan- ti præferatur alteri, ceteris omnino paribus, aut non manifestè disparibus, quia una est benigna, ut dici- tur, altera severa, quia una imponit onus, quod au- ferat altera, quia una consilium suavitati jugi Evange- lii, altera angustia portæ Paradisi. Utrumvis nimis- modum ex his extremis est æquè periculosum, quia ex- cessus utrobique est perinde contrarius legi Dei ea-

dem severitate interdicens additionem, & ablato- nem, augmentum, & diminutionem, declinationem tum ad dexteram, tum ad sinistram. Ambulandum est enim, ut monet rectè Gerson, par. 2. de reg. moral. sub titulo de superbia, & vana gloria, lit. D. In virtutis doctrina via regia, ut nec strictius fiat Dei mandatum, nec laxius, quam ipse mandaverat, quamvis inde sumere possint aliqui, aut malitia velamen libertatem, aut e contra in de- sperationem corrumpere.

ART. XLIII. Constat itaque nil rem suam pro- movere Sinnichium ostentatione portæ angustæ, & arcæ viæ ducentis ad vitam, nec non lææ, ac spatiosæ ducentis ad mortem, & sua desuper vocifi- catione; sicut nemo proficere quidquam posset adversus eundem, & socios objecta inavitate, & le- vitate oneris, & jugi Christi, nec non gravitate, & importabilitate onerum impositorum per Doctores Antichristianos. Superest ergo, ut omnes unanimi consensu entamur, quantum possumus, ad verita- tem, & ea circa rem quamlibet teneatur sententia, quæ vera esse convincetur, aut omnibus hinc, & inde diligenter consideratis videbitur ad veritatem propius accedere; ea verò rejiciatur, ac reprobetur, quæ falsitatis convincetur, aut ad falsitatem vergere potissimum videbitur: nihil interim habito, an sententia sit benigna, vel aspera; lata, vel angusta; levis, vel gravis. Quia eadem sententia veritatis an- gustiam, & arctitudinem, suavitatem, & levitatem peræque docet, & prædicat de lege sua, quæ proin- de sola fiat veritate, solaque potest everti, sola labe- factari falsitate, sive ad dexteram declinanti, sive ad sinistram. Unde Sinnichius deviat penitus à legiti- ma disputandi ratione, dum nil afferens pro veritate doctrinæ suæ, & falsitate nostræ, sed hæc, & illa supposita, vel utraque prætermittit totus est in exag- geranda angustia portæ, & arctitudine viæ ducentis ad vitam, cum eam & angustiam, & arctitudi- nem promoveant multò magis nonnullæ hæreses imponentes onera gravia, & importabilia, quam doctrina paucorum Catholicorum contraria do- ctrinæ nostræ communi, ut paulò post clarius ostendetur.

ART. XLIII. Oportet nimirum notare prius duo quædam alia circa discursum Sinnichii propo- situm pro hac observatione, art. 38. Primum est non magis de re Sinnichii, sed & clariùs præter illam esse testimonium illud Lactantii, quàm fuerint verba Christi Domini, ut liquido apparet ex annotatione superius præmissa, art. 34. de contextu, & inten- tione Lactantii. Sed ut non vacaverit Sinnichio con- siderare contextum eum, ac intentionem; mira- bile planè est, quod neque vim verborum, quæ pro se affert cum magno plausu, animadvertere voluerit, atque imprimis vim restrictivam particulæ hic, dum dicit: Nullus hic temeritatis locus est, quæ restrictio cogit ad considerandum contextum, & manifestat, in rebus quibusdam altis esse temeritati locum ali- quem; deinde illationem pœnæ æternæ ex de- ceptione, & ex admissa opinione falsa; quæ il- latio ab homine sanæ cerebri intelligi minime potest de controversiis universaliter omnibus circa peccata etiam venialia, & imperfectiones mo- rales, seu de quavis promiscuè deceptione, & opinione falsa etiam practica; de qua tamen ut sic agebat Sinnichius, intelligitur verò rectè de falsita- te opposita agnitioni veri Dei, veræque Religionis, & principis fundamentalibus status, & morum sa- lutarum, de qua deceptione sola patet, ut diximus, agere

agere ibi, & in toto eo libro Lactantium, qui propterea rectè præmittit, *Ne trahamur auctoritate cuiusquam quæ prohibitio accepta universaliter de rebus etiam aliis est inopiens, & nefaria.*

ART. XLIV. Alterum nota dignum in eodem discursu est oppositio, quam inducit Sinnichius Christum inter & Dianam. Sed ego consuleus arbitror illam penitus omittere, & solum adverte controversiam inter Sinnichium, & eos, quos impugnandos ipse sibi proposuerat, non esse, an sit angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, lata verò, & spatiosa, quæ ducit ad perditionem. In hoc enim utroque constantissimè asserendo Catholici omnes, atque ii maxime, de quibus ut displicentibus sibi præloquebatur supra Sinnichius, art. 14. unanimiter conveniunt, nec nisi conveniendo Catholici esse possent, & siquidem mediocri saltem attentione observare Sinnichius voluisset, vel solum illud caput quintum Matthæi, cuius mox memini, dubitare minimè potuisset, quin porta cæli sit angusta, & arcta via, retentis tamen solis documentis ethicis, quæ sunt de fide, ideoque retinentur ab omnibus Catholicis, tametsi excludantur de cætero angustia omnes, & arctitudines, quas excludere nititur Diana, & alii communiter Doctores Catholici suffragatores opinionis probabilis, & ideo inter alia illi suffragantes, ne portam, & viam Paradisi, quæ certò ac indubitanter, & juxta ceteras, ac indubitatas regulas morum, angusta valdè, & arcta est, opinando reddant angustiorē, & arctiorem. Controversia igitur tantummodò est, quam sit arcta, & angusta ea porta, & via? asserente Sinnichio, & negantibus nobis tam esse angustam, & arctam, ut non capiat utentem in opinabilibus opinione verè probabili, sed minùs probabili, minùsque certa. Hunc nimirum scopum proposuerat sibi Sinnichius, ut retulimus, art. 14. eundemque argumenta ejus, minimè tangunt, ut vidimus, & videndum adhuc est.

Observatio quarta adversus Sinnichium, non minùs reprehendi in sacris Literis, eos, qui nimis stringunt, & pungunt, quam eos, qui nimis laxant, & palpant.

ART. XLV. Hæc observatio coincidit ferè eadem observatione proximè præcedenti. Verùm quia sub his potissimum terminis sapius, & maxime debacchatur Sinnichius adversus suffragatores opinionis probabilis, necesse est illum eatenus audire seorsim, atque ea præsertim considerare, quæ ponderat ex professo, cap. 95. §. 355, ubi primo loco producit illud apud Isa. 3. 12. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipse te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* Tum, ut manifestet hoc testimonium pertinere ad patronos probabilitatem, & legitimè adversus ipsos usurpari, remittit Lectori ad verba Hieronymi, quæ antè retulerat, §. 347. Ubi Hieronymus invehitur in nicæ, ipso fatente, & pro viribus cooperante Sinnichio, adversus Hæreticos docentes solam fidem absque operibus suffice-

re ad salutem vitæ æternæ. Addit Hieronymus Bellum in commentario hujus loci: *Quisquis, ait, non sunt eos, qui defecerunt à zelo prædecessorum, nam ingruentibus quæsi recta agentes depradant beatorum, hic sensum pedum eorum conturbat.* Subjungit deinde Augustinum optimè perstringentem eosdem palpantes, §. 359. inter §. 3. tanquam significatos per venditores olei, in parabola de virginibus fatuis. *Vendunt, ait, oleum adulatores, quia sive falsa, sive ignorata laudent animas in errorem mittunt, & evana gaudia, neque gentes quod scriptum est. Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt.* Plaudit post hæc Cypriano pulcherrè appolliè d. centi, lib. de lapsis num. 59. *Cum inquit sit, Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & factas pedum vestrorum turbant, qui peccantem blandimenta adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, ut comprimit delicta ille, sed nutrit. At qui consilium formibus, &c. Et epist. 28. Salubria nostra, & vera consilia promouent, domi blanditiis, & palpationibus perniciosa lulari veritas impeditur.* Interjectis mox quibusdam Caramuelis, adversus ista saluberrima documenta, laudibus, & encomiis, quibus ille plaudit Diano, de opinionibus nonnullis benignioribus ad probabilitatem per eum perductis, pergit Sinnichius remponisimè expressionem, & commendationem desistat, his S. Paulini verbis, epist. 50. ad Celsinum. *Adulatorum assentationes, & noxia blandimenta palat, velut quasdam anima pestes fugit. Nil est quod tam facile corrumpat mentes hominum, nil quod tam dolus, & mali animum feriat vulnere, unde & quidam sapienter ait: Verba adulatorum mollia, feriunt autem interiora verum.* Et post alia ejusdem sensus subdit, & applicat Sinnichius sic. *Haud aliter certe etiam bodie hi probabilitatem artifices haberi volunt humaniores, benevolentiores, longiores, adversarios autem suos traducunt, ut mollioribus, prærigidos, & conscientiarum carnifices, quoniam inopinari.* In eundem scopum accumulatur, §. 357. illud Jer. 12. *Est via, quæ videtur homini justa, novissima autem deducunt ad mortem:* Et illud Isaia 5. 20. *Ve qui dicit malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Eodem pertinent, quæ eadem oratione superaddit Sinnichius, §. 362. ex Ecclesi. 10. 1. *Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in alium defixi.* Atque ut ex hoc loco appareat, enucleat laxitatem inventores habendi sunt in numero sapientum, audiendum dicit Sinnichius Hieronymum ibi dicentem inter alia: *si igitur sermo non pergit, sed oblectationem facit auditibus, iste non est sermo sapientis: Verba quippe sapientum sunt sicut stimuli.* Verba autem insipientum comparantur & converso pulvillis, & cervicalibus apud Ecclesi. 10. 18. *Ve qui consuunt pulvillis sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universa ætate ad caput das animas.* Quod optimè exponens Gregorius lib. 8. moral. cap. 4. *Ad hoc, ait, pulvillis pariter ut mollius quiescat. Quisquis ergo male agens adulatur, pulvillum sub capite, vel cubito sacro ponit, ut qui corripitur ex culpa debuerat, in ea ipsa laudibus mollior quiescat.* Cum igitur auctor asserentes licitum esse usum opinionis conjunctivæ, & sic probabilis, adulentur male agentibus, ne pungat eorum sermo, & dicant bonum malum, tenebras lucem, atque beatum prædicent populum, indulgentem utique appetitui sensitivo, &c. idque manifestum, nec probandum, sed supponendum. Concluditur planè eos esse insipientes, reprobandos.

Deo doctrina fautores nefarios, ac proinde ad audiendum minime esse, nec tunc conscientia assentiri quemquam illis posse.

ART. XLVI. Respondeo, quod semel, ac iterum necesse fuit respondere, & quivis sponte composuit responderi debere, nil hæc, aut quidquam proleceit responderi debere, nil hæc, aut quidquam horum ulla ex parte pertinere ad controversiam, quæ de agere proposuerat Sinnichius; nempe de usu, illicito, seu illicito opinionum probabilium. Et quidem quoad primum textum ex Isaia de Doctoribus beatificantibus populum Dei, idèdque decipientibus illum, & dissipantibus viam gressuum ejus, appareat quiddam ex his ipsis SS. PP. testimonis, quæ commentari vice circumponit illi Sinnichius. Quia S. Hieronymus tradit ex professo, eo textu percelli hereticos bonorum operum contemptores, & negantes eorumdem operum ultra fidem necessitatem ad salutem vitæ æternæ, atque in eundem scopum eodem utitur textu ipse quoque Sinnichius loquens jam prædicato. Basilus autem eadem Isaia verba contorquet adversus homines implicite, atque opere ipso hereticantes, qui videlicet beatificam, seu approbant, ac laudant delinquentes; atque testimonibus suis avocant ab studio emendationis, & mortificationis passionum eos, qui defecerunt à zelo, & sanctis prædecessorum exemplis. Quis sane manifesta relegenti utrumque ea testimonio, prout referuntur à Sinnichio, multò verò magis volenti confiderare eorum apud Auctores suos contextum. Is igitur poterit sibi in animum inducere, ea testimonia ad rem propositam pertinere, qui poterit credere, nihil differre hæreses, & palpationes hereticas, ab opinionibus probabilibus.

ART. XLVII. Ad Augustinum quod attinet, sciendum est in ea questione de parabola decem nigropium, per unumquemque earum quinarium intelligi ab Augustino continentiam à carnalibus quique sensum illecebris; atque continentiam contra Deo utque Deo placeant dici Virgines prudentes; fatuas verò continentiam eorum hominibus, quæ hominibus placeant, ac probentur, & laudem oculis reportent humanam. Porro per oleum intelligitur gaudium, & lætitiā quæ per prudentes quæritur in testimonio Dei, & propriæ conscientie, quod intrinsecus cor; per fatuas verò in fallaci hominum testimonio, quod solam respicit exteriorem apparentiam. Hinc fatuæ petentes oleum à prudentibus sub adventum sponsi Christi supremi Judicis, merito ab iis remittuntur ad venditores olei, qui bus velle cavent, id est, ad homines laudantes turpiter lucri gratia exteriorem operum apparentiam, nulla habita ratione interioris, seu pravæ, seu rectæ intentionis, ac electionis. Hæc nimirum est iustissima adulatores descriptio à Sinnichio relata. Relata verò adversus patronos probabilitatum eodem quoque referri potuisset adversus Astrologos, Medicos, Pictores, &c. Quia probabilitatum Patroni scribant pro toto genere humano, pro presentibus, & absentibus, atque futuris, prudentibus, & fatuis, amicis, & inimicis. Neminem proinde caprant, & à nemine lucrum, aut quærent, aut sperare possunt: & quod caput est, quidquid seu laudant, seu vituperant, dirigitur primò, & principaliter non ad exteriorem, ac sensibilem operationum apparentiam, sed ad realem internarum electionum honestatem, ac inhonestatem: Hæc omnia sunt manifeste contraria iis omnibus, quæ tradit Augustinus de venditoribus olei. Inepit igitur manifestè Sinnichius enim olei, & operæ jactura. Ex eadem adulatores, & probabilitatum mutua maxima dissimilitudine, quinimò oppositione constat clarè, quæ à Cypriano, & Paulino dicuntur adversus adulatores, quæque plenis plaustris convelli in eundem scopum facile possent, non magis tangere patronos probabilitatum, quàm tangant prudentes, liberales, eutrapelos, quæ dicuntur adversus astutos, prodigos, scurras, & sic de similibus.

ART. XLVIII. Haud est obscurior aberratio, à scopo in reliquis textibus à Sinnichio productis. In illo Proverbiorum: *Est via, quæ videtur homini iusta; pe viam istam intelligitur, uti refert Cornelius ibi, à nonnullis mens, seu voluntas libidine obcecata; ab aliis scilicet temporalis, ab aliis error, aut in fide, ut Atheismus, Gentilismus, Hæresis, aut in moribus, ut quod furtum, fornicatio, vindicta, & similia non sunt mala: à nemine autem, præterquam à Sinnichio intelligitur per viam illam opinio probabilis. Similiter commiseratio illa, seu potius exprobratio Isaia de dicentibus malum bonum, & è converso non cadit super opinantes in materia controversa, atque omnibus hinc & inde debet considerari adhuc incerta, propterea quoque uno affirmante, & alio negante talem aliquam actionem, vel omissionem esse peccaminosam, quorum proinde alteruter necesse est, ut quod re ipsa est bonum, dicat malum, aut è converso. Si enim supra istiusmodi opinantes caderet ea commiseratio, seu exprobratio, numerandi necessario essent inter Doctores miserrabiles, & deplorabiles, ac detestandos, vel D. Thomas, vel D. Bonaventura, vel uterque secundum diversas quæstiones morales, & sic de aliis pluribus laudabilium, & optimorum Doctorum binariis sæpè invicem dissentientibus, atque contradicentibus circa bonitatem & malitiam plurium operationum. Deinde modus ipse loquendi Prophetæ demonstrat clarè non esse sermonem de bonitate, & malitia controversis; tum quia id, cuius seu bonitas, seu malitia controvertitur probabilibus, id est, æqualibus, aut ferè hinc & inde argumentis, nec bonum dicitur, ac supponitur absolute, nec malum, sed cum addito; videri bonum potius, quàm malum, aut è converso; tum maxime, quia opinio probabilis, nec quæ vera est, tantam habet conspiciuitatem, nec tantam caliginem, quæ falsa est, ut possit ore pleno altera dici lux, & altera tenebræ, & sic de objecto utriusque, prout ipsis subest. Cadit itaque prophetica ea deploratio supra solos tantæ cæcitatatis homines, ut vitia certa, ac manifesta approbent, deprædicent, ac magnificent tanquam virtutes, atque è converso, contradicentes eatenus, vel manifestæ divinæ revelationi, vel evidenti rationi, atque ita ea verba intelligunt omnes interpretes.*

ART. XLIX. Circa textus illos duos, qui supersunt Ecclesiasticis de stimulis, & clavis sapientum, & Ezechielis de puluillis, ac cervicalibus palponum cum ponderationibus Hieronymi, & Gregorii, aliisque à Sinnichio adjunctis audiendus est D. Thom. 2. 2. quæst. 115. art. 1. ad 1. *Laudare aliquem contingit, & bonè, & malè, prout scilicet debita circumstantia, vel servantur, vel prætermittuntur. Si enim aliquis aliquem velit delectare laudando, ut ex hoc eum consoletur, ne in tribulatione deficiat, vel etiam, ut in bono proficere studeat, aliis debitis circumstantiis observatis, pertinebit hoc ad prædictam virtutem amicitie. Pertinet autem ad adulationem, si quis velit aliquem laudare, in quibus non est laudandum, quia*

forte mala sunt, secundum illud Psal. 9. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Per hanc distinctionem componuntur inter se optime duo Pauli Apostoli de seipso testimonia, 1. ad Corinth. 10. 33. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et ad Galat. 1. 10. Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Primum enim accipitur de iis, in quibus oportet placere proximo, alterum de iis, in quibus non oportet. Ut igitur Sinnichius quidquam faceret in rem suam, debuisset ostendere patronos probabilitatum laudare, quæ, aut quando, aut quantum non oportet; quod tamen ille tam non probat, vel etiam probare conatur, quam non ædificat, qui citratam pulsat: Profecto si quod dicitur de stimulis, & clavis sapientum, & additur de eorumdem sermone pungenti, accipitur cum universalitate distributiva, & absque distinctione, ac modificatione exposita à D. Thom. in iurenda imprimis foret Apostolo palponismi nota scribenti, 1. ad Corinth. 10. 25. Omne quod in macello venit, manducate. Et rursus: Si quis vos vocat infidelium, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate. Et cap. 7. 9. Quod si non se continent, nubant: Melius est enim nubere, quam uri. Quibus sunt similia alia non pauca minime pungentia secundum se. Deinde in omni controversia de obligatione aliquid faciendi, vel omitendi assertiva obligationis sententia tenenda necessario semper esset, ut vitaretur vitium adulationis. Quæ cum sint perabsurda, patet esse perabsurdum modum agendi Sinnichii supponentis, quod probandum erat, & probantis, quod erat supponendum, absque idonea distinctione, & modificatione.

ART. L. Verum quia ofores usus liciti opinionum practice probabilium universaliter omnium possunt prætexere, se agere laudabilius, dum longius recedunt ab extremo vehementius reprobato in sacris literis, & à SS. PP. uti colligere fortasse illis libebit ex testimoniis à Sinnichio productis adversus laxones, & palpones; non erit abs re, si paucis, quam pluribus ejusdem instituti prætermisiss, ostendero ex Apostolo tantum, & Augustino, non minus, quam illos ab eadem regula veritatis coargui, qui nimis stringunt, & pungunt, ut utraque nimietate utrimque æqualiter agnita, ac reprobata omnes unanimi studio contendamus ad auream mediocritatem, & inquiramus unicè veritatem, in qua illa sita est; inquiramus verò per principia immediata, & propria prætermisiss remotioribus huiusmodi, ac extraneis, una cum voluntaria huc illuc accommodatione eorum. Assumo itaque pro comparatione proposita, doctrinam inductivam obligationis non nubendi, & abstinendi à cibis, qui sunt delectabiles, esse sermonem proculdubio pungentem, & assimilem stimulis, ac clavis, & nil habentem commune cum pulvis, & cervicalibus; Videamus jam, an ea nihilominus doctrina sit sermo potius insipientis, & attendamus, quam fortiter, quam vehementer itascatur auctoribus illius Apostolus 1. ad Tim. 4. 1. Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temporibus descendent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Demoniorum, in hypocrysi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam (nil ferè atperius dicit Sinnichius contra nos) prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona est, & nil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

Videatur, si placet Augustinus utens hoc testimonio pro re partim eadem epist. 119. cap. 20. Item August. epist. 59. quæst. 7. prosequitur plurimum expositionem, & commendationem ejusdem apostolici documenti ad Coloss. 2. Ubi totus est de postolus in removendis fidelibus à doctrina impientium illis obligationem servitatis, & omnem veteris legis, ut apparet ex iis vers. 16. Non ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte dicitis, aut neomenia, aut sabbathorum. Et rursus, non in hortatur, ut nihili faciant, dicentes: Ne transgrediamini, neque contrahaveritis, quæ sunt omnia in incertum ipso usu secundum præcepta, & doctrinas hominum. hunc scopum præmonet, vers. 4. Hoc autem diligamus, ut vos decipiat in sublimitate sermonum. Et rursus vers. 8. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & omnem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Et demum, vers. 23. post reprobatam illa præcepta, & doctrinam hominum, subdit immediate, quæ sunt eadem rationem habentia sapientie (apparentia) quædam veritatis, & fucatum probabilitatem, in perfectione, & humilitate, & non ad parcendum operari. Ecce quam serò, quam ardentem persequitur Paulus palliatos zelo, quoniam stringunt, & imponunt onera gravia, in quos & Augustinus innotuit latè cum Apostolo loco indicato, tamen etiam vallati insuper prætextu venerabilis traditionis præceptorum, & doctrinæ communis, specie loquuta per Philosophiam, & sophismata, sublimitate sermonis præferentis Religionem, & humilitatem vixantem corpus, quæ est expositio Augustini, prædictum sub fin. quæstionis.

ART. LL. Locupletior est in eundem locum ejusdem Augustini, Epist. 89. quæst. 4. & 5, in quorum priori multis, & magnis argumentis recedit atrox divitum pungones, quorum doctrinam, divites non posse adipisci salutem vitam æternam, præterquam venditis, atque in pauperes distributis facultatibus suis universis. Quamvis autem eam in rem uterentur verbis Christi Domini, Matth. 19. 21. Vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus; & quæ magnum discipulis incedens horrorem, Marc. 10. 25. Facilis est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei, abaque similia accumularent magis præferentia angustam eam, & arctam doctrinam, quam præ se ferant doctrinam nimis stringentium adversariorum nostrorum, testimonia Scripturæ, Patrum, & Sanctorum, quæ ponderant pro se, prænotatur nihilominus in illos ab Augustino quæ loquuntur. Inter med. & princ. quæstionis dicit: Verum Apostolus contra Dominum loquitur, an isti nesciant, qui loquuntur? Quid horum credat, eligat Christianus? Puto melius nos credere, istos nescire, quid loquantur, quam Paulum contra Dominum loqui. Et rursus inter med. & finem: Proinde isti desinant contra scripturam loqui, & suis exhortationibus ad majora se excitare, ut nona non damnent. Quod est simile nostris exhortationi, & desiderio de tutoribus, & præceptoribus ita præferendis, ut non reprobandum minus probabilia, minusque rata. Quo etiam modo pertinet, quod paucis interjectis subdubidem. Sed si verè pauperes Christi sunt, & non fidei sed Christo colligunt, infirmiora ejus membra quam puniunt, antequam sedes iudicariæ acceptum, & prosequitur paulò post Augustinus, quasi Sinnichium specialiter conveniret: Puto enim, quod quidam eorum, qui hac impudenter, atque imprudenter garrunt,

Christianis, & p̄is in suis necessitatibus sustentant. Et mox iterum: Quamvis talia disputare, quæ huiusmodi disputant, non sit militare, sed rebellare: non sit plantare vineam, sed eradicare: non sit pascendos congregare, sed perdendos à grege separare. Tum interiectis laudibus, & commendatione paupertatis summe perfectæ præ minus perfectæ, adjungit cautionem cum detestatione stringonum; Sic tamen, ut præcipue fana doctrina teneatur, nec eos, qui ista non faciunt, una continentia judicemus. Contextum, qui sequitur, utque ad finem questionis, quia longus est, & cetera est peropportuna, interitum exhibeo Adversariis nostris considerandum. Quod idem commendat, ait, quoniam isti, quando talia dicere prohibent, respondent eos talia disputare nolle, quoniam vitii sunt, & Dominica præcepta implere detrahant. Et non quod cupidi, & avari: tolerabiliores in ea (Ecclesia Dei) sunt, quam isti, quia talia sermoneando, & disseminando hereditatem Domini, quæ usque ad fines terra dilatatur, atque diffunditur, hæc doctrina non sana perturbatur, atque evertere moliantur. Jam ex quest. 5. in qua agitur adversus imponentes obligationem nuntium illa de causâ jurandi, quorum sententiam reprobandam dicit Augustinus, proderit hæc ejus verba adnotare. Multo enim tutius, ut dixi, quantum illis atinet, nunquam juramus, ut sit in ore nostro: Et si, non, non: Sicut Dominus monet. Non quia peccatum est, verum jurare, sed quia gravissimum peccatum est, falsum jurare, quo citius cadit, qui consuevit jurare.

Art. LII. Non necesse est, ut superaddam ultimas multa illa, quæ latè prosequitur Augustinus, Epist. 86. adversus stringonem alium, cujus memini supra, art. 17. ubi prenotata sunt, quantum sufficit, quæ inde huc faciunt. Tantum superaddo accommodationem ad præsens consilium, quod ex Apollolo accommodat instituto suo Augustinus post medium ejus Epistolæ. Consilium Apolloli est: Qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non judicat: Accommodatio Augustini ad Urbicum est: Iste modo hoc temperamentum, quo scandala devitaret, inter jesum tantum saluato, & manducantes teneret, ut & ipsum non manducantem manducans quisque non sperneret, & ipse non manducans manducantem non judicaret. Similiter ego, ut & ego accommodem in rem meatu, Sinnichius, & si qui alii omnino cum eo sunt, aut unquam erunt, desinant judicare patronos usus liciti opinionum probabilium, confundendo eos cum adulatores, & palpatibus, laudantibus, quæ certò, ac manifestè mala sunt: sicut nos superselemus judicare patronos sententiæ negantis eundem usum probabilium confundendo eos, cum iis, qui omnes stringunt, seu amaris, ac litigiosis reprobanibus, quæ certò ac manifestè bona sunt, aut indifferentia. Juvet attentè observare Chrysostomum longiori contextu abigentem à parvis initiis, & magnis progressibus doctrinæ tum nimum indulgentis, tum stringentis nimum, hom. 87. in Mattheum, post med. ab illis verbis: Solum mihi nonnumquam videri non tanto studio magna peccata esse vitanda, quanto parva & vilia. Et rursus ab illis: Certas adhuc addit (Diabolus) insidias, quibus Religiosos devotionis habitus ad peccandum impellit. Ejusdem rationis est, quod in materia longè diversa, dicit Philosophus, lib. 3. Rhetor. cap. 10. ante medium. Qui verò brevem esse asserunt narrationem oportere, ridiculi sunt; veluti qui interroganti pictori, durumne, an mollem pinset? Quod, inquit, esse impossibile bene pinset? Redditque

Pars II.

mox rationem: Bene dicere tamen, quod est oratoris proprium, nec in longo, nec in brevi est, sed in mediocri. Similiter ergo bonitas doctrinæ moralis non in eo sita est, quod delectet, nec in eo, quod contristet, stringat, aut laxet, sed in eo quoad neutrum nimis, id est, in aurea mediocritate, quæ veritati devincta est. Nihil ergo faciendū sunt quoad hoc punctum, quæ prosequitur Sinnichius de iis, qui nimis laxant, & quæ e contra dici possunt de iis, qui nimis stringunt. Eò vel maxime, quia adulatorio, & litigium, seu sermo amarus sunt extrema vitiola opposita affabilitati, quæ est virtus, proinde utraque illa sunt æquè vitanda, nisi quod litigium, seu amaritudo sermonis est majoris malitiæ ex specie sua, ideoque est magis vitanda per se, quam adulatorio, ut tradunt D. Thom. 2. 2. q. 116. art. 2. & duplici questione præcedenti, & ibidem reliqui Theologi, atque in Decret. dist. 47. cap. 3. & 5. clericus adulator, & maledicus pariter plectuntur, sed acius maledicus: & præterea in eadem dist. cap. 1. & 2. observare Sinnichius, & invicem conferre potuisset verba illa D. Gregorii de pulvis, & cervicalibus adversus adultores, & verba ejusdem Gregorii haud mitiora adversus elatos, & amatos Doctores, quibus & accommodat, quod apud Eccl. 34. 4. dicitur de pastoribus nequam: Sed cum austeritate imperabis eis. Patet itaque nullam superesse causam, imò nec prætextum superesse ullum rejiciendi sententiam nostram ex adulationis confinio, atque oppositæ sententiæ pusculum nocere asperitatis confinium, & Sinnichium ita excessisse ponderando, unde suggeret, ut non consideraverit, quod confugeret, aut quo appropinquaret. Quod tamen ultra dicta considerandum, vel maxime erat propter formidolosam comminationem Christi Domini adversus Doctores nimis duos, ac angustos, Matth. 23. 13. Va autem vobis scribe, & Pharisei hypocrite, qui clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare, inducendo videlicet obligationes ultra modum, de quibus præmiserat, vers. 4. Alligent enim onera gravia, & importabilia, & imponent in humeros hominum; quæ onera exprimit deinde pluribus distinctè in decursu ejusdem capituli.

Observatio quinta de infidelitate, & ignorantia præcæ dispositionis vincibili, ac affectata reddita per Sinnichium probabilis.

Art. LIII. Postremus Sinnichii conatus tititatur incommotis, seu absurditate consequentium ad nostram sententiam. Hoc argumentum proponit & variis promovet exemplis, c. 99. §. 371. & 372. Nimirum si licitus universaliter esset usus opinionis probabilis, licitum impium fuisset apud Hebræos prope adventum Christi, & cum jam Christus adesset præsens, ut nec filii subvenirent indigentem parentum, nec debitores creditoribus satisfacerent, dummodò partem bonorum, quanta officio huic pietatis, & justitiæ sufficeret, & impendi alioqui deberet, reponerent in manibus Scribarum, & Phariseorum pro structura, alisque usibus templi. Hoc enim licitum esse, & valde laudabile, ut ita fieret; docebant unanimi consensu Scribæ, & Pharisei Doctores ejus populi, ut tunc

D.

Hier.

Hieronymus ad cap. 15. *Matth.* Quorum profectio omnium auctoritas superabundanter sufficiebat ad probabilitatem eius doctrinæ, quandoquidem apud nos unicus etiam Doctoris pii, & docti auctoritas sufficit ad probabilitatem opinionis. Accedit Scribas, & Phariseos usos eam in rem fuisse argumento magni ponderis, & verisimilitudinis admodum conspicuæ. Prætexebant enim, ut tradit ibidem idem Hieronymus, Deum esse verum omnium Patrem, primumque multiplici titulo creditorem omnis humani obsequii, proptereaque præferendum proculdubio Patri, & creditori terrenis. *Sane*, ponderatio est his à Sinnichio annexa, si modernorum probabilitatum patronorum principis instimus, non facile apparet, quomodo eos accusare possimus, & multa suppetunt, unde excusari posse videantur. Ita autem multa reducuntur ab illo ad ea tantum duo, quæ jam proposui, alterum ab extrinseco, alterum ab intrinseco; utrumque, si illi credimus, excedens in suo genere fundamenta probabilitatis, quæ exigunt, & communiter exhibent moderni Probabilistæ pro suis opinionibus. Subsumit jam Sinnichius, ejusmodi probabilitate nil obstante reprobari, & transgressores legis, ac peccatores declarari à Christo, tum auctores ejus doctrinæ, tum quicquid uterentur negando sub eo prætextu, & indigentia parentum subsidium, & solutionem juri creditorum, ut patet ex prædicto cap. 15. ubi præmemorata ejusmodi doctrina, & ejusdem praxi subjungit Christus, *vers. 6.* Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocrita bene prophetavit de vobis *Isaías*, &c. Erratus, *vers. 14.* Similes illis, cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem, si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt. Per quæ non solum damnantur, & conjiuntur in foveam Doctores, de quibus ob maiorem in ipsis notitiam legi dubitari posset, an eorum nequitia probabilitate careret, sed etiam damnantur, & conjiuntur pariter in foveam plebei à fæce vulgi, de quorum probabilitate fundata in auctoritate suorum Doctorum, & in propria sui ipsorum ignorantia, ac ineptitudine dubitari minimè potest. Ergo probabilitas non excusat à peccato, nec impedit, quominus operans juxta illam, decidat in foveam, foveam utique Inferni simul cum Doctore suo, licet hic cadat profundius, utpote ducens, ac præiens, indeoque prius cadens, & habiturus supra se cæcum sequentem, qui posterius, nec tam altè cadit lentiori præceptio sarcinæ minus gravis.

ART. LIV. Simile argumentum, & quidem apparentiæ aliquantò majoris, & quod horrorem incuteret longè majorem adversus usum probabilitatis, confici potuit ex crucifixoribus Christi Domini, quia populus Hebræorum, qui erat Hierosolymis, consensit crucifixioni Christi, & ad eam impulit, atque cœgit Pilatum munitus auctoritate, qua nulla desiderari, nulla tunc inter puros homines reperiri poterat major in genere humano. Sequutus namque est sententiam summorum Sacerdotum, qui in tribus consilio, & re proinde tota maturè deliberata cum Senioribus, & Scribis, & universo concilio, statuerunt Jesum esse reum mortis, & debere tradi Pilato, ut crucifigeretur. Statuerunt autem moti pluribus, & magnis argumentis, ut patet ex his ipsorum verbis, *Luca 23. 2.* Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum esse. Quorum quodlibet etiam seorsim sufficiebat abundè ad sententiam cohonestandam, si verum

esse constaret. Id verò constabat probationibus apud eos Judices usque adeo efficacibus, ut sperare vinceret, atque Pilatum Judicem aliquo bonum nullo præoccupatum præjudicio ad suam sententiam pertrahere. Atque hæc omnia sunt certa, ac manifesta ex Evangelistis. Certum igitur, ac manifestum est crucifixores Christi præsertim plebei probabilitatem, tum ab extrinseco, tum ab intrinseco. Necesse porro non est, nec verò decet, ut Catholicus disputans cum Catholicis probet, nequaquam eos crucifixores peccavisse nihilominus omnes, & singulos, & gravissimè, ac deterrimè peccavisse probabilitate nil excusante, & ne minucem quidem ulla ex parte enormem peccati omnium, quæ equam fuerunt, aut erunt, granditatem.

ART. LV. Potuisset præterea Sinnichius ad jungere argumento huic ex persecutoribus Christi argumentum illud ex sequacibus Antichristi, majoris itidem apparentiæ, quam sit illud suum. Qui enim sequuntur Antichristum, eique consequuntur, id faciunt inducti auctoritate magis, & magnis argumentis, ut colligere licet ex verbis Christi Domini, *Matth. 24. 11.* *Et multi Pseudoprophetae surgent, & seducunt multos.* *Erret 13.* *Tunc quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illa, nate credere. Surgent enim Pseudochristi, & Pseudoprophetae, & dabunt signa magna, & prodigia, ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam Electi.* Illi probabilitatem sententiæ suffragantur obsequio erga Antichristum assumunt. Primum, multipliciter, quia illam amplectentur ut veram. Secundum, multitudo conjuncta cum insigni, ac illustri quantitate Magistrorum ejus sectæ, nempe Pseudodoctorum, & Pseudoprophetarum, id est, hominum præseferentium magnam apparentiam, seu probabilitatem, quod sint veri Christi, ac Prophetae. Tertio, exhibitio per eosdem signorum magnorum, ac prodigiorum. Quarto denique tanta vis petendi in his omnibus simul sumptis, ut electi etiam ipsi, quos certum est decipi finaliter non posse in hoc composito electionis, futuri sint proximi talibusceptioni, & quasi jam casuri. Certè nullis modernorum opinionibus fundamenta usque adeo valida substruuntur ad probabilitatem. Et tamen talibus ex relatis verbis Redemptoris solos reprobos esse decipiendos, atque consensuros errori, quatenus exceptio firmat regulam in contrarium. Ergo probabilitas opinionis non reddit honestam operationem sibi conformem.

ART. LVI. Hæc obiter, & breviter indicent libuit, ne quid dissimularem, quod causam Sinnichii maximè operè juvare videretur in eo genere, quod is attigerat, nempe in rebus pertinentibus ad fidem, quæ ad fidem pertinent. Videndum modò, quid ille dicat circa res pertinentes ad rationem naturalem, quæ ad ipsam pertinent. Audet affirmare abominandis flagitiis, ac facinoribus, quæ alia apud varias gentes in consuetudinem nemine religante abierant, suffragatam fuisse opinionem probabilem de honestate eorum omnium, & quotumlibet. Pro cognoscendis facillimis ejusmodi apud varios populos, ac nationes flagitiis consuetudine corroboratis, remittit Lectorem ad Alexandrum Sabinum Ferrariensem de moribus, ac ritibus gentium, præsertim lib. 1. c. 1. 2. 3. & 23. Tum refert præcipua quædam sigillatim verbis Hieronymi lib. 2. adversus Jo-
vinianum, cap. 6. Concupitum vagum abique alia
exant,

motis & mariti discrimine apud Scotos juxta documen-
tum Platonis, & exemplum Catonis; conu-
vitiis, seu copulationibus cum matribus, & avis, cum
filibus, & nepotibus apud Medos, Indos, & A-
ethiopes; parentum, cognatorum, & propinquo-
rum jam senem carnem, & comestione apud Mal-
tagas, & Derbices; affinia hanc postremo alia
libera usurpiter, & unanimi consensu recepta a-
pud Tibarenos, Hircanos, Caspios, Scythas, be-
litas, & monstra multiplicia divinitate donata, &
facto, ac inviolabili cultu adorata apud Aegyptios,
diversis Civitatibus diversa ejusmodi delicta profi-
tentibus. Istum errorum, ac forditatum catalogum
claudit Hieronymus hac illatione: *Pervides igitur, quod
non solum in eis, sed & in sepulchris, & in conubiis, & in
civitate conversatione unaqueque gens suo ritu, & proprie-
tatis ritibus, & hoc eam naturae legem putare, quod
didicit. Didicit autem, ac putavit cum probabili-
tate non qualicumque, sed maxima. Quia didicit,
ac putavit adimplere unicuique ceterorum, qui-
buscumque conviveret, & maxime sapientum, quos
magister omnium, necnon Magistratus, cui subesset,
unanimes consensu, & exemplo. Neque verò mo-
derati. Probabilitate diffiteri possunt pondus istud
immensum tante auctoritatis sufficere, ac supera-
bundare ad probabilitatem ab extrinseco, quando-
quidem plerique eorum docent ex professo unius
cuius solius sapientis, quidam viginti, vel triginta,
vel centum, aut mille sapientum auctorita-
tem ad illam sufficere, quem tamen numerum lon-
ge superabant homines, tum conviventes, tum ma-
ximè succedentes sibi invicem per plura secula re-
putati sapientes apud unamquamque ejusmodi gen-
tem. Hoc argumentum viget multò magis, propte-
reque animosius adhibet Sinnichius pro honestate
probabili idololatriæ, ut potè per vagatæ olim per to-
tum semè genus humanum, & communiter unani-
mi consensu Philosophorum, & sapientum sæculi
omnium, nec non legibus, ac statutis Principum,
Regum, Imperatorum, ut liquet ex Historicis, &
constat ex Textibus, Sap. 14. 16. præmissa enim
idololatriæ origine per hæc verba: *Acerbo enim lu-
tuolens Pater citò sibi capiti filii fecit imaginem, & illum,
qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam
Deum colere cepit, & constituit inter servos suos sa-
m, & sacrificia: Subdit immediate progressum,
& accessione auctoritatis. Deinde interveniente tem-
poris, convalescente iniqua consuetudine, hic error tanquam
invisibilis est, & tyrannorum imperio celebrantur fig-
nata.**

Art. LVII. At nullus Catholicus audebit di-
scere idolorum cultores, & vitis ad idololatriam
sponte consequentibus deditos ob eam tantam pro-
babilitatem immunes fuisse peccati, seu materiali-
ter tantum peccasse, nec penam æternam meruisse;
sed quis forte ausurus alloqui fuisset id dicere, ar-
bitrio eum à tanta falsitate Apostolus luculenter
trahens, in Epist. ad Romanos cap. præsertim 1. & 2. i-
dolorum cultores, & transgressores legis naturalis
ejus excusabiles coram Deo, si Gentiles fiat, si
Hebræi, cap. namque 1. ad vers. 18. inter alia eo-
dem pertinentia, hæc habet: *Revelatur enim ira Dei
de celo super omnem impietatem, & injustitiam homi-
num coram, qui veritatem Dei in injustitia detinent.
Quia quod est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis
manifestavit. Invisibilia enim ipsius, &c. ita ut sint in-
cognabiles. Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum
glorificaverunt. Ac demum enumeratis transgressio-*

Pars II.

ribus Decalogi sub idololatriæ cecitate, con-
cludit, vers. 32. *Qui cum justitiam Dei cognovissent,
non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt
morte, & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui con-
sentiant facientibus. Ex capite secundo, quod totum
ferè est ejusdem instituti, sufficit observare uni-
versalem illam declarationem, vers. 12. Quicum-
que sine lege peccaverunt, sine lege peribunt; & quicum-
que in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Plura alia
Augustini præsertim, & Prosperi, nec non
Theologorum testimonia accumulavit Sinnichius in
præindicato c. 99. pro inexcusabilitate quorumlibet
quandolibet adulterum colentium idola, &
agentium contra Decalogum, atque specialiter ad-
versus idolorum cultores, proque eorum reatu in-
excusabili sunt efficacia nimium, & clara hæc tria, 2.
ad Thessal. 1. 8. *Ubi describitur adventus Christi ad
judicandum in flamma ignis dantis vindictam illis, qui
qui non noverunt Deum, Psalm. 78. 6. Effunde iram
tuam in gentes, quæ te non noverunt, & in regna, quæ no-
men tuum non invocaverunt. Sap. 13. 10. post argumenta
manifestissima adversus ignorantiam Dei, & adver-
sus idolorum cultores, concluditur sic: Infelices au-
tem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellave-
runt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum,
artis inventionem, & similitudines animalium, aut lapidem
inutilem, opus manus antiquæ. Constat itaque ex his o-
mnibus opinionem probabilem; aut etiam proba-
bilissimam non sufficere ad excusandum à pecca-
to formali, atque accidere, ut ibi emineat multò cla-
rius, ac certius ratio malitiæ, ubi præluet ratio ma-
joris probabilitatis, uti quoad utramque partem ma-
nifestatum est circa idololatriam.**

Art. LVIII. Libuit mihi hæc argumenta sub
uno simul prospectu continuata serie proponere,
quia licet sint valde diversa ex parte materiæ; ra-
tio tamen formalis, qua nituntur, & consequen-
ter qua etiam refelluntur, est in omnibus una, & ea-
dem, & fundamenta ejus rationis in singulis argu-
mentis sunt valde affinia inter se. Nituntur nimi-
rum ea argumenta inadæquata opinionis probabi-
lis consideratione, & consequenter dirimuntur ne-
gando adfuisse, & ostendendo non adfuisse opinio-
nem probabilem simpliciter, seu secundum suum
conceptum adæquatum ulli eorum, quos peccasse,
& magna, absque ulla legitima excusatione, com-
mississe flagitia, re adsumitur, & absque neces-
sitate probatur in argumentis. Opinio probabilis in
suo conceptu adæquato includit duo. Requiritur
enim primò, ut adsit pro opinione ratio, vel au-
thoritas magni momenti: Deinde requiritur, ut
nulla appareat autoritas, vel ratio convincens pro
parte opposita, id est, ut sententia contraria non sit
omnino certa ullo ex capite. Hic est unanimes con-
sensus omnium authorum docentium licitum esse
usum opinionis probabilis, neque id potest in du-
bium revocare Sinnichius, quem vidimus supra art.
14. sine, ita referentem, & proponentem sibi im-
pugnandum usum licitum opinionis probabilis jux-
ta eam ipsius usurpationem. Ratio est clara, quia opo-
positum ejus, quod certò est verum, est certò falsum.
Nequit autem esse probabile, id esse verum, quod
certò constat esse falsum. Nequit, inquam, esse pro-
babile probabilitate, de qua agunt Theologi, hæc
posset esse probabile probabilitate sumpta pro
qualicumque apparentia veritatis; tamen si conjun-
cta ea sit cum totali certitudine, ac evidentia falsi-
tatis.

D 3

Art.

ART. LIX. De ista posteriori probabilitate usque adeo non disputant Theologi, nec dubitare quisquam sapiens potest, an ea sufficiat ad excusandum à peccato, ut sit manifestissimum, nullum omnino peccatum committi posse, quin adsit peccanti aliqua ejusmodi probabilitas, eademque impellat ad peccandum. Cum enim objectum voluntatis sit bonum verum, vel apparens, impossibile planè est, ut quis peccet amplectendo aliquid inhonestum, quin praeferat peccatori ex parte intellectus aliqua apparentia, per quam objectum re ipsa inhonestum, indignum, quod eligatur, & perducens ad infelicitatem, appareat nihilominus verum bonum, dignum, quod hic, & nunc eligatur, & conferens ad felicitatem. Quia verò ejusmodi apparentia potest esse major & minor, atque pro committendis peccatis, aut majoribus, aut manifestioribus oportet ex natura rei illam esse proportionaliter majorem; quatenus ad repellendam majorem vim, requiritur vis contraria proportionaliter major; atque vis retractiva voluntatis à committendo peccato, eò est major, quò ejus malitia est major, ac manifestior, eamque vim retractivam sola superat apparentia bonitatis, & eligibilitatis, ut convenientis objecto inhonesto ejus amore peccatur: propterea in superioribus argumentis apparentia veritatis, & probabilitas ejusmodi inadæquata pro parte peccantium existit maxima, quia peccata, circa quæ argumenta versantur, sunt maxima, & malitia eorum erat manifestissima. Hinc effectum est, ut Sennichius, & nonnulli alii in casibus argumentorum equivocare potuerint probabilitatem inadæquatam, apparentem, & falsam cum probabilitate adæquata, reali, ac vera. Quia supremum generis inferioris attingit proximè infimum generis superioris, suntque ambo inter se valde affinia. Probabilitas autem inadæquata, & falsa, & secundum quid talis, quam diximus reperiri in supremo gradu, in casibus argumentorum, est genus inferius respectu probabilitatis adæquatae, veræ, & simpliciter talis; atque equivocatio contingit facillè inter ea, quæ sunt invicem affinia; omnis siquidem equivocatio provenit ex mutua aliqua affinitate, & similitudine equivocatorum.

ART. LX. Utrumque hæc habeant; probabilitatem adæquatam, seu simpliciter dictam, & de qua quaestio est inter Theologos, defuisse in casibus argumentorum, quia adfuit totalis certitudo, vel quæ illi quoad præsens omnino æquivaleret ignorantia vincibilis, ac supina de malitia operationum, circa quas eadem argumenta versantur, facillè potest eundo per singula demonstrari. Quoad primum de filiis, qui prætextu templi, seu culcus divini negabant potentibus obsequium, & subsidium debitum, dupliciter demonstrat Christus adfuisse illis, & eorum Magistris notitiam certam obligationis in contrarium. Primò quia cum Matth. 15. increpasset Scribas, & Phariseos de transgressione legis: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram?* vers. 3. ut id probet, utitur immediatè argumento sapientibus, & insipientibus per quæ obvio, ac manifesto, nempe comparatione mandati divini, quod à pueritia docebantur omnes, cum traditione humana, quam ita novebant, ut etiam exercerent actu. Dicit enim: *Nam Deus dixit; honora patrem & matrem; & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis. Munus quodcumque est ex me (oblatum templo) tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, aut*

matrem suam (ad hoc jam non tenebitur) & contra fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram. Hoc argumentum esse convincens nullis negabit Catholicis, cum sit argumentum Christi. Item autem fuisse pervium, ac manifestum non solum modò, & Phariseis, sed & affectibus eorum universis, palam est ex notariis oculis à me præsertim circa traditionem humanam. Aderat ergo transgressio, & istis aliquid convincens in contrarium. Item rursus apparet ex censura, qua Christus affectibus erroris, & Doctores, & affectus, vers. 12. *Ecce sunt, & dices cecorum. Cecus enim dicitur, qui meridianam lucem non videt, quæque tantummodum visibilia, ac patentia, non qui latet tantum, ac per tenues rimas vix transparentia, non penetrat, uti ponderatum est supra, art. 35. Aderat ergo in contrarium aliquid ita clarum, ac patens, ut solus cecus, aut oculus spontè claudens, id non videret. Præterea quid evidentiùs, & clariùs ratione moralibus esse potest, quam quod existendum est in Decalogo præceptis: primò de cultu Dei, quartò de pietate erga parentes, septimò de pietate erga proximum circa fortunas, adimplerentur, non solum esse invicem composibiles, sed etiam necessarias singulas seorsim. Arguitur contra veritatem sibi manifestissimam, dum prætextu perficiendi opus injunctum per opus præcepti prætermitterent opus injunctum per aliud, videlicet duo præcepta. Eadem namque est ratio de mulieribus, & de utroque, nempe auctoritas divina præcedens infinitè supra quamlibet auctoritatem humanam, quæ proinde utrumque aliàs magna, & debiliùs à popularibus haberi eacenus pro nihilo. Prætextu hinc, propter totalem similitudinem difficultatis, & solutionis, argumentum aliud ex tendentibus, & ementibus in templo, quorum mentis, & cathedras evertit Christus dicens, Matth. 21. 13. *Domus mea, domus orationis vocabitur: Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quidquid enim hic prætextibus, quibus illi, ut dicitur, Hicogypus apud Maldonatum ibi palliabant ulnas, censet est, & non tantum probabilis, non licet facere, quod illi faciebant: Domum Dei speluncam latronum.**

ART. LXI. Quoad crucifixores Christi, & quibus secundum argumentum dicebatur, eadem certitudo in contrarium est quodammodo manifestior ex verbis Christi, Joan. 15. 24. *Si pater non fecisset in eis, quæ nemo alius fecit, patrem non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Viderunt autem ea opera, & certitudinem eorum notitiam habuerunt sapientes, & sapientes, Principes, & populi. Omnes enim facti celeberrima, & quampluribus rebus oculis roborata certissimè noverant cecos videntes, claudos ambulantes, leprosos mundatos, sordidos sanctos, mortuos resurgentes; ac præsertim stupendum Lazari resurrectionem coram magna Judæorum multitudine gloriosissimè peractam. Unde tunc Pontificum, & Phariseorum, Joan. 12. 48. *Si dixerint illi, omnes credent in eum, & multa illa veluti deperatio eorumdem Phariseorum apud eundem Joan. 12. 19. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos: Videmus quod nil proficimus. Ecce mundus totus post eum abiit. Haec operibus usque adeo conspicuis, usque adeo vulgatis, certissimè notis, & manifestissimè demonstrantibus divinitatem Christi nulla poterat opponi auctoritas, nulla ratio in contrarium, quæ eorum**

momenti absolutè, & comparative magni, & quæ comparatione eorumdem operum non deberet flocci fieri, & pro nihilo reputari. Atque ut crucifixores non attenderint, prout attendere omnino tenebantur opera à Christo peracta pro iisdem crucifixoribus, & pro omnibus; fieri certè non potuit, ut ignorantium ipsum opus contra Christum, quod eximitur, Matth. 26. 39. Principes autem Sacerdotum, & Concilium querebant falsum testimonium contra Te, ut eum morti traderent, & non invenerunt; cum multi falsi testes accessissent. Hæc falsorum testimonii indigentia, & inquisitio, nota utique querentibus, & inter quos querebantur, palam probebat iniquitatem causæ, quam & cognovit minus conscius veritatis Iudex Gentilis Pilatus dicens ad Principes Sacerdotum, & turbas, Luc. 23. 4. Nil inveni causa in hoc homine. Patet itaque nullum de honestate operis sui probabilitatem adesse, & ad stipulari potuisse crucifixoribus Christi, cum tanta iisdem contradiceret certitudo innocentie, & divinitatis Christi, tamque esset manifesta falsitas, & mala fides persequentium illum.

ART. LXII. Jam quoad affectus Antichristi suffragari observare habituros illos esse contradicentem sibi infallibilem, & nunquam interitum certitudinem Sanctorum quatuor Evangeliorum æqualiter attestantium Christo, & detestantium Antichristum. Cujus proinde affectus licet habituri sint argumenta pro se maxima secundum conceptum absolutum, atque eatenus omnino majora, quam quæ committer habentur pro ordinariis Doctorem Catholicorum resolutionibus circa casus conscientie; habituri nihilominus sunt contra se omnia argumenta Christianæ fidei, auctoritatem Ecclesiæ, & quod caput est, auctoritatem divinam in iis manifestè præminentem, id est, habebunt pro se argumenta, quæ ita comparantur cum argumentis contra ipsos, sicut comparatur homo apprimè pictus cum homine vero, ac vivo; aurichalcum auro; & Rex comicus cum eo, quem fingit; quamquam distantia inter hæc sic incomparabiliter minor, quam inter illa. Argumenta autem pro opinionibus apud nos reputatis probabilibus comparantur cum argumentis in contrarium, sicut comparantur inter se antagonista duo vitium plus minus earundem, nec aliter alterutra prius improbabilitatis, ut minimum, aut temeritatis notam evadit.

ART. LXIII. Venio ad postremum argumentum de sumptum præteritis apud antiquos Gentiles probabilitate opinionis affirmantis honestatem idololatriæ, & aliorum plurium operum, quibus dicitur, ac immediate contradicit Decalogus. Et nequillam unquam opinionem verè, ac adæquate probabilem fuisse ullis idololatriæ professoribus, aut sectatoribus vitiorum, quæ ad professionem idololatriæ spontè consequuntur contra Decalogum. Quia licet illis faverint autoritas humana utrumque magna, & rationes, atque prætextus apparentiæ utrumque magnæ magnitudine utrobique excedente præfata eatenus sufficientiam ad probabilitatem; contradixit tamen ejusdem, tum evidentia certissimæ rationis naturalis, tum infallibilis certitudo divinæ revelationis, & auctoritatis, quarum neutra ulli opinioni probabilis contradicit, & est contra conceptum veræ, ac legitimæ probabilitatis, ut contradicat, uti nupet observatum, ac demonstratum est. Nec idololatriæ illi, & Antidecalogici homines, seu populi excusari potuerunt per ignorantiam invincibilem. Quia invincibilis ignorantia

Decalogi quoad ea, quæ expressè in illo continentur nulli unquam adulto contigit, aut contingere potest saltem ad longum tempus, saltem ad extremum usque vitæ. Quia in re probanda nil me morari necesse est, dum respondeo Sinnichio semel, atque iterum probanti fusè nulli unquam adulto inesse ignorantiam invincibilem legis divinæ, & naturalis, atque in eum scopum superaddenti communem consensum Theologorum, primum cap. 96. sub finem, cum ea indistinctione, de qua superius conquestus sum, art. 26. Et secundò rursus, cap. 101. itidem sub finem cum distinctione, ac limitatione, quam & exegi prius, & modo adhibui. Neque circa hoc prætereunda sunt verba Augustini, ad quæ sapius recurrit Sinnichius, in Psalm. 118. concl. 25. post med. ubi præmissa quæstione: Nunquid lex ista naturalis non erat in populo Israel? respondet: Erat planè, quoniam & ipsi homines erant. Sine autem lege naturali essent, si præter naturam humani generis esse potuissent. Erat autem, & vigeat cum vi proxima obligandi. Totus nempe sermo ille procedit secundum istam legis usurpationem. Specialiter autem idololatria, cuius professioni maximopere credit, ac contendit Sinnichius suffragatam fuisse probabilem de ejus honestate opinionem, est tam manifestè stulta, tum quatenus negat unum autorem, & Dominum universorum, tum quatenus arrogat divinitatem re creatæ, ac limitatæ, maxime sensibili, ac materiali, & multò maxime experti rationis, aut sensus, aut vitæ, aut naturæ, ut nil stultius dici, ac cogitari possit, contradicentibus argumentis quoad utramque eam partem evidentissimis, quæ norunt docti, & non est hujus loci, ut distinctè exhibeantur. Verum nec necesse est, quia constat id patenter, ex illis ipsis duobus testimoniis sacris, quæ producuntur in argumento, art. 56. & 57. utrobique sub finem, altero de origine idololatriæ, altero de ejusdem fœditate, & stulta malitia. Consideretur utrumque, & sufficit, ut omnia deessent alia. Patet itaque opinioni de honestate idololatriæ, & subsequenti contra Decalogum operationum non defuisse certitudinem in contrarium, aut quæ illi quoad præsens omnino æquivaler, vincibilem, ac supinam ignorantiam ejusdem, ex communi, ac indubitato PP. ac Theologorum consensu, apud ipsum Sinnichium, & apud Vaquez, & alios indicatos ab eodem ubi supra; ac proinde defuisse illi opinioni probabilitatem adæquate, propriæ, ac simpliciter talem, & de qua sola viget controversia inter Theologos.

ART. LXIV. Precor jam seriò Lectorem meum, ut consideret ipse, ac judicet, quam censuram mereatur propositio affirmans hæresim, aut aliam infidelitatis speciem, & manifestam, ac impiam stultitiam esse opinionem probabilem, aut reddi posse probabilem quantalibet cuiuslibet qualicumque hominum multitudinis auctoritate; Quod si cui minus patet quid, aut quorsum proponam. Rogo rursus, ut quisque judicet, quam censuram mereantur istæ propositiones: Probabile est, Sinnichius dicit, fuit licitum esse negare indigentiam parentum subsidium necessarium, & creditoribus legitimis justam solutionem exhibita ad usus templi proportionali aliqua quantitate pecuniæ, si decem, viginti, centum, mille Doctores obsequente sibi populo, aut populis ita dicant. Probabile similiter est (Sinnichius dicit in simili, fuit) licitum esse cultum, quem Mahometi exhibent ejus affectus, quia ita sentiant omnes sapientes, & insipientes per Dominum Turcicum penitus universum. Nota quoad primam propositionem

Decalogum

Decalogum ultra rationem naturalem ubique, & semper parem, tam bene notum fuisse Israëlitis, atque nobis, atque auctore Deo utriusque intinatum, Quoad posteriorem nota, idololatriam esse multo deteriorem, quam cultum Mahometis, & turpitudinem illius esse multo notior, quam turpitudinem huius, & insuper nullam idololatriæ speciem habuisset or sectatores, quot à principio in hunc usque diem numerat Mahometismus. Judica similiter, si placet, de dicentibus probabile esse, nil peccasse crucifixores Christi, nil peccaturos assecras Antichristi, atque adverte, differentiam temporis est, vel fuit materialiter se habere in materia doctrinali, nec fieri posse, ut fuerit probabile, non peccatum sic, vel sic agentem, & non sit probabile sub eadem hypothese, non peccasse eum, qui sic, vel sic egit. Censura autem, quam tuleris, comprehendet Sinnichium tenentem pertinaciter, & docentem ex professo, hæresim Scribarum, & Phariseorum, ex qua augeat, & impiam idololatriarum stultitiam fuisse opiniones probabiles probabilitate, de qua disputatur inter Theologos.

ART. LXV. Adde circa eadem argumenta, si quid ea probarent, & siquidem præcindatur, uti præcinit Sinnichius, à certitudine, quæ re ipsa aderat in contrarium, probare plus etiam, quam intenditur, & probare contra sententiam auctoris ipsorum. Quia probaret, opinionem non solum utcumque probabilem, sed etiam probabiliorem, & probabilissimam, simulque existimata tutiore non excusare à peccato. Scribæ namque, & Pharisei, non unus, vel alter, aut pauci aliqui, sed omnes unanimi consensu erant auctores, & suffragatores traditionis reprobatae à Christo, atque docebant, laudabilius, ac tutius esse operari juxta illam. Idem facile conicies proportionaliter circa crucifixionem Christi, & adorationem Antichristi, & facilius multo circa idololatriam, necnon circa prosecutionem vitiorum contra Decalogum.

ART. LXVI. Adde rursus absque ulla Sinnichium necessitate circumvisse remotissima, & tempora, & loca, ut inveniret suas illas reconditas opiniones probabiles. Habebat enim sub oculis in proximis circumquaque provinciis quamplurimas, quales quærebantur opiniones probabilitatis tam solidæ, tam firmæ, ut consilium posset cum contradicente sibi certitudine infallibili, tum fidei divinæ, tum rationis evidentis. Aderant nimirum in Germania, Anglia, Hollandia, aliisque finitimis provinciis Christus in Eucharistia concubitus, concubitus sacre imaginis, sponsæ Christi ex alceretis raptae ad concubinatam matrimonii nomine cohonestatum, bona opera exclusa à cooperatione salutis æternæ exlex arbitrium humanum, quia expertis libertatis, ac indifferentiæ, aliæque similes scelerates assensus, & usu receptæ ex unanimi consensu omnium inibi Pseudoepiscoporum, Doctorum, seu Ministrorum, Magistratum, Principum, populorum. Aderant hæc propè in januis. Quid igitur opus fuit recurrere ad remotiora, & obscuriora?

ART. LXVII. Adde postremo universaliter, ut tandem aliquando discedam à Sinnichio, conatus illius omnes, qui tam multipliciter comperti sunt inane, ac dissoluti adversus nostram, & communem sententiam, valere nihilominus adversus ipsum Sinnichium, qui sua argumenta putat conclusentia, & ineluctabilia contra usum licitum opinionis probabilis, & etiam probabilioris, ac probabilissimæ, ut retulimus supra, & tamen docet licere uti opinione

practicè probabili eo quoque comprehendit articulo, qui inter perspicaciores patronos hujus doctrinæ censetur communiter. ceteris omnibus difficultatibus nempe licere cuique uti opinione practicè probabilis, adversus propriam in contrarium opinionem speculativam. En verba Sinnichii in eodem illo opere de Saule Excege, lib. 1. c. 67. §. 260. Neque enim per conditionis censeri debent Summi Pontifices, quoniam homines, quibus subinde licitum est in praxi proferre hanc speculativam reputant peritorem. Credit illes hoc horrida detestationum portenta, quod & qualis re, & adversus qualemlibet usum opinionem in quantumcumque probabilem? Et tamen profert verum, quæ retuli, dissensens de casu, in quo tutius videtur erat omittere, quam agere. Tu vide, si placet. Mihi enim placet non distinguere diutius cum Sinnichio.

Proponitur argumentum Marinarii Academicismi.

ART. LXVIII. **R**. P. Fr. Antoninus Marinarius opusculo de opin. prob. cap. 1. prosequitur fulmine hoc argumentum cum aliqua circuitione, qua rationem inferendi reddit quantum impeditiorem. Totum argumentum docet ex Augustino describente, ac refellente plures Academicos, quem Marinarius non vidit, sed excepit ipse fatetur, mem. 7. S. Doctoris testimonio. P. Benedicto à Jesu Christo, quem nondum mihi videtur licuit. Agit autem Augustinus de Academicis, & ex professo tribus libris adversus ipsos, quibentur in tomo ejus primo, & brevius, lib. 19. de civ. cap. 18. in Enchir. ad Laur. cap. 20. lib. 15. de trin. cap. 12. epist. 213. & alibi. Academici novi, nam de veteribus hic non agitur, inventende veritate desperationem, in quam inciderant, auditoribus agebant, rati impossibilem esse assequutionem illam eo quod veritas, ut refert Augustinus, lib. 1. de Acad. cap. 5. Sive propter nature tenebras, quas, in propter similitudinem rerum, vel obtrata, retinebantur. Consequenter censere, sapientem, inmeretur à periculo errandi, nil tanquam verum amplecti unquam debere, sed suspensio judicio omnia dubitandum absque assensu circumspecte, eis injuria magna conflata est, ut ait ibidem Augustinus. Probatur enim esse consequens, ut nil ageret, qui approbaret. Unde dormientem semper, & officiorum vacuum desertorem sapientem suum Academicus deservire videtur, quem nil approbare censebant: Nunc illud quodam probabili, quod etiam verisimile nominatum, modo cessare sapientem ab officio asserbant, cum videtur, quid sequeretur. Doctrina igitur de suspensio de omnia assensu, nilque approbando, & simul à probabili, seu verisimili ad agendum sufficienti auctoribus suis Academicis, Academicismus necesse patitur, atque ex eo rale instituitur contra notamentum.

ART. LXIX. Doctrina de usu licito opinionis cuiusvis practicè probabilis coincidit cum Academicismo, estque verus, ac purus Academicismus. Academicismus autem pandit aditum ad Augustinum omne, & omne nefas reddit licitum, ac honestum estque vorago omnium vitiorum. Ergo de doctrina de usu licito opinionis cuiusvis practicè probabilis

probabilis hoc ipsum præster; ac proinde est falsa, & modis omnibus detestanda. Identitas probabilis-
ni, ut ita dicam, cum Academicismo, quæ est major
propositio, ex eo videtur manifesta, quia uterque
distingit, ac regulat operationes humanas per proba-
bile, ita ut probabilis dicant operantem cum proba-
bilitate, eo ipso operati prudenter, nec esse undè
posse reprehendatur, aut puniatur, certè ego ita do-
cui in mea quaestione, & Academici docerent usque
ad eo operari sapienter operantem cum probabilita-
te, ut non aliter sapiens quisquam esse posset, quam
operando juxta probabilitatem, & sequendo proba-
bile, ut apparet ex verbis relatis Augustini, & appa-
ret clarius ex mox referendis. Quod autem apud
Academicos omnes universim operationes humanæ
sapienter exercitæ, sola probabilitate nitentur, apud
probabilis verò catholicos non nisi aliqua, nem-
pe illa sola quæcumque honestas, & inhonestas est con-
tinetur; est discrimen inter utroque purè materia-
le, & per accidens, quatenus materia subiacens
probabilitati latius patebat apud Academicos,
quam patet apud nos, quam constat esse differen-
tiam ex parte solius materiae, atque adeò purè mate-
rialem, & per accidens. Quod enim ad formale at-
tinet, utriusque unanimiter videtur, unumquemque
sapienter, ac prudenter, atque adeò laudabiliter &
honestè amplecti quidquid probabile sibi videtur,
quod si sit, an sapè, an rarò, an quandoocunque
accidit, an aliquando tantum, probabile ipsum
occurrit.

ART. LXX. Jam Academicum pandere aditum
ad omne flagitium, atque omnia promiscuè licere
atque nulla exceptione, ac limitatione, si admitta-
tur Academicorum doctrina, quæ erat propo-
siti minor; Augustinus tam luculenter, tam effica-
citer docet, ut nil locupletius, nil nervosius profe-
quutus unquam sit, lib. præsertim 3. contra Acade-
micos, ex quo pauca hæc considerare suffecerit c. 15.
Ipsa, transiens ab speculativa ad moralem, & pra-
cticam Academicæ dogmatis considerationem, de-
ponit primum universaliter turpissimam morum
acceptationem, quam invehit ea doctrina. Hinc
jam alterum ista verba vigilantior, ipsa facta hominum,
etiam considerare cæpi: Tum verò tam multa mihi, &
tam capitalia in istos venerunt in mentem, ut jam non ri-
dium (ut facit arguens speculativè) sed partim sto-
machar, partim dolerem homines doctissimos, & acu-
tissimos in tanta scelera sententiarum, & flagitia devolu-
tu. Proponit deinde cap. 16. sub initium juvenem
adulterem, eundemque nihilominus impunibi-
lem, ut reprehensibilem juxta eam Doctrinam: Quid
sæpe aliquis adolescentium, cum hos audierit dicentes:
Tunc est errare, & idèò nulli rei consentire debemus; sed
tamen cum agit quisque, quod ei videtur probabile, nec
pœnit, nec errat (quæ est ipsissima nostra sententia.)
Quid tantum meminere, quidquid occurrit vel animo,
vel sensibus, non vero esse approbandum. Id igitur au-
tem adolescentem insidiatur pudicitia uxoris aliena: Te-
ne consulo M. Tulli, de Adolescentium moribus, vita-
que tractamus, cui educande, atque instituende omnes
de littera tue vigilaverunt. Quid aliud dicturus es,
quæ non tibi esse probabile, ut id faciat adolescens? At illi
probabile est. Nam si ex alieno probabili vivimus, nec tu
devisi administrare Rempublicam, quia Epicuro visum
est, non esse faciendum. Adulterabit igitur ille invenis
inveniem alienam. Quid deprehensus si fuerit, ubi re inve-
nit, & quo defendatur, quamquam etiam si inveniat,
quid dicturus est? Et postquam utilis adversus Cice-

ronem, nec defendi, ac liberari juvenem posse,
sed neque reprehendi, ac condemnari debere re-
tenta scholæ Academicæ Doctrina, concludit. Sed
vos (colloquutores Alipius, Trigetius, Licentius)
mejocari arbitramini: Liber deierare per omne divinum
(cujus formulæ pœnit S. Doctorem lib. 1. retract.
cap. 1. sub finem) nescire me prorsus, quomodo iste pecca-
verit, si quisquis id egerit, quod probabile videtur, non
peccat.

ART. LXXI. Hinc progreditur immediatè ad
excludendam universalitatem peccati ab om-
ni, & quolibet utcuque enormi flagitio, & ad
astruendam honestatem omnium, & quorumlibet
vitiis juxta eam doctrinam, simulque obstruit
unicum Academicorum, & nostrum effugium o-
stendendo nullum flagitium, nullum vitium usque
adeò probabilitate destitui, ut probabile videri
non possit. Audiatur attente; Taceo de homicidiis,
parricidiis, sacrilegiis, omnibusque omnino, quæ dicis,
aut cogitari possunt flagitiis, aut facinoribus, quæ pau-
cis verbis, & quod est gravius apud sapientissimos judices
defenduntur; Nil consensit, & ideo non erravi; Quo-
modo autem non facerem, quod probabile visum est? Qui
autem non putant (ecce effugium) ista probabiliter posse
persuaderi; legant (ecce oclusum) orationem Catalina-
m, qua patria parricidium, quo uno continentur omnia
scelera, persuasit; Quod est indicium evidentissimum
ejus parricidii ea oratione redditum probabilis. Ea
autem oratio efficacissimis maximæ apparentiæ ar-
gumentis referta videri potest apud Salustium in
Catalina. Redit ad idem Augustinus paucis inter-
jectis; Illud est capitale, illud formidolosum, illud opri-
mo cuique metuendum, quod nefas omne, si hac ratio
probabilis erit, cum probabile cuiquam visum fuerit esse
faciendum, tantum nulli quasi vero assentiat, non so-
lum sine sceleris, sed etiam sine erroris vituperatione com-
mittatur. Hoc est barathrum abominationis, in
quod iudice, & demonstratore Augustino coniecit
confusio probabilis cum honesto, quam fateban-
tur sponte, & audacter profitebantur Academici in
omni agibili, & quam eandem amplectuntur novi
probabilitatem patroni circa agibilia honestatis
controverſa.

*Cui nihil est certum, nihil esse probabile; Et
probabile Catholicorum toto cælo
differre à probabili Acade-
micorum.*

ART. LXXII. **R**espondeo negando majorem
de identitate doctrinæ inter
Academicos profligatos ab
Augustino, & Doctores Catholicos laceſitos à
Mariniano, & dico nil esse utrisque specialiter com-
mune præter tinnitum vocis hujus æquivocæ, proba-
bile sonantis ex longinquo ex parte Academicorum,
& pertingenti ad aures nostras per lineam obli-
quam, per quæ interjectos plurimum sæculorum, &
authorum ex referentibus referentium anfractus, ac
propterea confusæ ab arguente cum probabili sibi
familiari, magisque noto, & quod apud autores
Synchronos, non alieno ex alieno rursus relatu, sed
voce sua propria exponentes sensum suum per-
cipere distinctius potuit. Ut æquivocatio ista,
quæ est valde pinguis, manifestetur clarè, pe-
nitulque dissipetur, observandum est initio in-
gens discrimen, quod ex ipso argumenti contextu
apparet

apparet haud obfcurè, & confituit dilucide Augu-
stinus lib. 19. de Civit. cap. 17. inter Catholicos om-
nes, eo ipfo, quod Catholicus sunt, & Academi-
cos quoad dogma ipforum proprium; Expedit
autem capitulum exhibere integrum. Quod autem
artinet ad istam differentiam, quam de Academicis no-
vis Varro adhibuit, quibus incerta sunt omnia, omnino
Civitas Dei talem dubitationem tanquam dementiam de-
testatur, habens de rebus, quas mente, atque ratione
comprehendit, etiam si parvam propter corpus corru-
ptibile, quod aggravat animam, quoniam sicut dicit
Apostolus; Ex parte scimus; tamen certissimam sci-
entiam, creditque sensibus, in rei cuiusque evidentiis,
quibus per corpus animus utitur, quoniam miserabilis
fallitur, qui nunquam putat eis esse credendum. Cre-
dit etiam Scriptura sancta, & veteribus, & novis,
quas Canonicas appellamus, unde fides ipsa concepta
est, ex qua iustus vivit, per quam sine dubitatione am-
bulamus, quando peregrinamur a Domino. Qua salu-
va, atque certa, de quibusdam rebus, quas neque
sensu, neque ratione percipimus, neque nobis per Scri-
pturam Canonicam claruerunt, nec per Testes, qui-
bus non credere absurdum est, in nostram notitiam per-
venerunt, sine iusta reprehensione dubitamus. Itaque
nemo Catholicus esse, & ad Civitatem Dei perti-
nere potest, qui distinguat certa quædam à qui-
buldam incertis, atque hærentem indiscriminatum
circa omnia dubitationem ita depellat, ut admissis
in animum, firmoque assensu sententis suis, quæ per
sensum, vel rationem evidenter innotescunt, vel au-
thoritate divina infallibiliter confirmantur, con-
trariat alia quædam superesse, de quibus abique iusta
reprehensione dubitare sibi liceat; cum Academicus
nullam inter hæc omnia, aut aliqua horum differ-
entiam agnoscat, sed omnia promiscuè in idem
dubitationis chaos perinde utique hæsitans, ac su-
spensus obrudat, atque in hoc sapientiæ apicem
ipse, sicut Catholicus dementiæ detestationem con-
stituat.

ART. LXXIII. Ad istud discrimen consequi-
tur necessitatio d. scilicet aliusd minime contemnen-
dum, imò quam maximi faciendum. Nempe Aca-
ademicus nequit distinguere ulla ex parte opinabile
à probabili, sed totum illud genus cum toto hoc ge-
nere confundit inevitabiliter; & perinde est proba-
bile apud ipsum, quod est opinabile temerariè, stul-
tè, impiè, sacrilegè, atque quod est opinabile ratio-
nabiliter, sapienter, seu prudenter, piè, religiosè,
atque diviso opinionis, quæ est nobis familiaris,
per necessitatem, & certissimè legitima, in improbabilem,
& probabilem, nullum potest habere locum;
Sed est chimerica apud Academicos. Ratio est, quia
omnes ejusmodi differentie opinionum, & opina-
bilitatis constituentur per differentias majoris, & mi-
noris accessus, & recessus respectu eorum, quæ cer-
ta sunt, & habent in animo statum immutabilis, ac
indubitabilis veritatis, nec nisi aliquid certum po-
test esse mensura, & regula probabilitatis, & impro-
babilitatis, & magis, ac minus seu probabilitatis, seu
improbabilitatis; Sicut mensura, & regula utilium,
& inutilium, & magis, ac minus seu utilium, seu
nocentium est delectabile aliquod, vel honestum,
quod habeat rationem finis, quatenus primum in
unoquoque genere est mensura, & regula cætero-
rum, ut vulgo dicitur cum Philosopho. Ob ratio-
nem contrariam apud Doctores catholicos probabi-
litatis patronos opinabile re ipsa differt, à proba-
bili tanquam genus à differentia, dividitur legitime
per probabile, & improbabile, & per reliquas præ-

memoratas modò species. Quia videlicet Catho-
lici habent principia certa, ac indubitabilia
tanquam per regulam, & mensuram invariabilem
tatum cognitionum dispare gradus, momenta, &
inter opinabilia, quæ sunt probabilia, quæque in-

ART. LXXIV. Ex his apparet Academicos du-
los planè fuisse hac voce, probabile, maxime cum
probabilitatem suam dicebant approbabilem
& verissimile, ut notat Augustinus in illo r. 1. 1. 1.
retract. prop. finem. Patet enim abusus dei proba-
bile, quod re ipsa non est probabile potius, quam
improbabile, & cuius oppositum non consider-
tur, an sit certè verum, an certè falsum, an cer-
tum certò, cum hinc saltem partialiter dependet
probabilis ab improbabili differentia: Rursum qua-
nam apertior loquutionis improprietas esse potest
quam ut aliquid approbabile, & verissimile dicatur
ab eo, qui proficetur nil esse approbandum, & ve-
rum cognoscit, ac invenit à nemine unquam pe-
id est, esse dignum approbatione, quod approp-
rii nunquam debet, & quod debet non appro-
atque aliquid cognosci, ut simile vero, ab eo, qui
verum ipsum non cognoscit, & dicit cognoscit à se
mine posse. Augustinus autem nil frequentius ad
significatius dicit, ac de idem in toto opere cum
Academicis, quam istas eorum loquutiones improp-
prias, & implicativas contradictionis; At Doctores
catholici utuntur eadem voce, probabile, verissi-
gitimam, ac propriam significationem. Dicunt enim
probabile, quod probatur fundamento magis mo-
menti, & nil convincens apparet in contrarium, id
est, nil certitudinaliter ostendens illud esse falsum.
In summa probabile Academicorum est quæcun-
que apparet apparentia veri incogniti, certè non
agniti, nec limitabile, ac regulabile per aliquod
certum seu positivè, seu negativè, atque adeo in-
differentes ad manifestè stultum, & non stultum, im-
metarium, & non temerarium, &c. Quæ ratio-
nium opposita, & non solum diversa conveniunt
probabili catholicorum. Quapropter perinde est
fædus est velle transferre ad probabile Academicorum,
quæ dicuntur de probabili Academicorum, ac
velle transferre ad canem Venatorum, quæ dicuntur
de cane Astrologorum.

ART. LXXV. Perspicitur clariùs, & pro-
fus insuperabiliter discrimen propositum, si probo-
cantur in medium definitiones utriusque proba-
bilis, & clariùs adhuc, atque insuperabiliter, si
argumenta Augustini adversus probabile Aca-
ademicorum admoveantur contra probabile ca-
tholicorum. Probabile Academicorum sic de-
nit August. lib. 2. adversus ipsos cap. 11. ad med. id
probabile, vel verissimile Academicis vocant, quod ut
agendum sine assensione potest invitare. Atque hoc, si
assensione, exponit ulterius dicens immediate
ne assensione autem dico, ut quod agimus, non oportet
aut nos id scire arbitremur, agimus tamen. Vides
Academicum non tam esse sollicitum de qualitate
cognitionis, cui oportet subesse probabilitatem
quam de qualitate cognitionis, cui oportet subesse
subesse. Vides excludi à conceptu probabilitatis
omnem actum judicativum, & adhectivum ad rem
determinate partem potius, quam oppositam, seu
que exigit cognitionem qualicunque de reliquis
que

que invitare possit ad agendum, & cum qua agamus. Vides igitur ad probabile Academicum non minus sufficere cognitionem, cum qua ex vi cuius honeste, imprudenter, stulte agitur, & perpetratur quodcumque, & quaecumque flagitium, quam cognitionem, cum qua, & ex vi cuius honeste, prudenter, sapienter agitur, & vitatur quodcumque, & quaecumque flagitium. Utrique etenim cognitioni perinde commune est, & æque convenit, ut invitare ad agendum, utque cum ea agamus. Considera modo ex dictis in nostra questione juxta communem consensum definitionem probabilis catholico-rum. Illud probabile ex suo imprimis conceptu generico includit assensum unius partis cum dissensu partis oppositæ. Quia probabile subest opinabili tantum generi suo immediato. Opinio autem, relatæ ad quam opinabile dicitur, definitur assensus unius partis ad formidinem partis oppositæ. Unde probabile nostrum includit in suo conceptu generico oppositionem contradictoriam cum probabili Academico. Deinde probabile nostrum ex suo conceptu differentiali est restrictum ad honestum creditum tale cum fundamento magni momenti, magni verò tum positivè, tum negativè, seu & absolute, & comparative. Unde non potest invitare ad agendum quidquam certò inhonestum. Quia opinio probabilis, per quam ipsum agibile denominatur probabile, est consensus conceptus ex motivo fallibili quidem, sed magni momenti non solum secundum conceptum absoluteum, verum etiam comparatione facta cum motivo partis oppositæ. Ita videlicet, ut omnibus taliter generis, quantum par est, consideratis, nulla partis oppositæ appareat certitudo. Quare probabile nostrum per suam rationem differentialem opponitur probabili Academicorum sicut restrictum, & regulatum laxo, & exlegi, quæ quidem distantia est qualis datur inter hominem pictum, & verum, vel pectus qualis inter ebrium, & sobrium. Joverit regere, quæ superius dicta sunt art. 58. & 59. de probabili adæquate, & simpliciter tali, & de eo, quod inæquate tantum, & secundum quid tale est. Quia probabile Academicorum est idem, ac probabile inæquate, & secundum quid ibi expositum, & coincidit, ut apparet consideranti definitionem Augustini, cum appetibili proximè, utcumque appetibile sit sive honeste, sive inhoneste, flagitiose, ac hæretice, idque certò, ac manifestè. Cujus oppositum convenit probabili nostro adæquate, & simpliciter tali, ut inibi expositum est. Perge modo identificare hæc duo probabilia usque adeò sibi invicem repugnantia, & habebis hircocervum.

ART. LXXVI. Transeo ad argumenta Augustini, quæ retuli art. 70. & dico, ea si adhibeantur adversus nostrum probabile, evadere tam ridicula, ac indigna, quam ridiculam, ac abominabilem, illam argumentis idem August. effecit, ac potius demonstravit doctrinam moralem Academicorum. Proponat iterum Augustinus adolescentem insidiatem pudicitie uxoris alienæ, & querat ex me, si cui queat ex Marco Tullio, quid dicam. Dico, quod dicit Marcus Tullius, mihi non videri probabile, quod seu intendit, seu agit adolescens. Reponat Augustinus mihi, quod reposuit Tullio, videri tamen probabile ipsi adolescenti, nec ex alieno probabili, sed ex cuiusque proprio agendum esse. Respondet jam juxta probabile catholicorum, quod juxta probabile Academicorum respondere Tullius nequaquam potuit. Nego adolescenti videri, aut etiam posse videri, id esse probabile. Quia habet certi-

tudinem in contrarium sibi manifestam. Sunt enim illi nota, vel quod perinde est, vincibiliter, & affectatè ignorata hæc principia, quæ insidiis pudicitie uxoris alienæ contradicunt evidenter: Nempè illud universalissimum usurpatum in simili ab ipso August. *serm. 25. in Psalm. 118. Enarrat. in Psalm. 57. lib. 2. de serm. Dom. in Monte app. 9. & lib. 2. confess. cap. 4. Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri*, Et illa duo magis particularia: *Non mechaaberis, non concupisces uxorem proximi tui*. Quæ sunt omnibus certissime nota, certè à nemine ignorantur inculpabiliter, ut tradit August. in illis locis, & tenent firmissimè adversarii nostri, ut vidimus supra. Ecce habemus adolescentem evidenter convictum juxta nostrum probabile, evidenterque destitutum probabilitate nostra, quo eodem adolescente convincit evidenter Academicos Augustinus, quia probabile Academicum eripi illi nullo pacto poterat. Unde quod ad veritatem attinet, licet profectò mihi invertere juramentum Augustini, & dicere juxta probabile catholicorum: *Libet mihi deierare per omne divinum, scire me prorsus, quomodo isse peccaveris, tamen si quisquis id egerit, quod probabile videtur, non peccet*. Quia non probabile, sed temerarium, sed stultum, sed hæreticum, & supinè ignorantie est credere, quod liceat insidiari pudicitie uxoris alienæ. Multo autem manifestius evanescit, & putidum evadit alterum argumentum de homicidiis, parricidiis, sacrilegiis, deque conglobato omnium facinororum, & flagitiorum, quæ dici aut cogitari possunt, si similiter dirigatur adversus probabile Catholicorum. Cum enim singula ea flagitia habeant contradicentem sibi certitudinem manifestam evidentissimam rationis naturalis, ac infallibilis auctoritatis divinæ, ut dictum est, multò clariùs collectio eorumdem, & aliquum flagitiorum, quæ dici, & cogitari possunt, eidem subest certitudini in contrarium. Et igitur plusquam dici, aut cogitari possit ridiculum, quod asseratur homicidia, parricidia, sacrilegia, omniaque flagitia, & facinora, quæ dici, aut cogitari possunt paucis verbis apud sapientissimos iudices defendi, & sine peccato committi; Si quisquis id agit, quod non esse peccatum est practicè probabile apud catholicos, non peccat; id, si is non peccat, qui cum magno fundamento, & absque ulla certitudine in contrarium putat esse licitum, quod agit.

ART. LXXVII. Oratio Catilinæ, quo exemplo utitur per opportunè Augustinus, & rem suam promoveat fortissimè, ea verò admovet scopo nostro luculentissimam faciem. Oratio est digna auctore suo, & sociis auctoribus, iisdemque auditoribus condecensissimis. Utrorumque vera effigies exprimitur à Salustio, ex quo carptim pauca hæc prænotare libet, & expedit. Catilina fuit ingenio malo, pravoque. Huic ab adolescentia bella intestina, cades, rapine, discordia civilis grata fuere, ibique juventutem suam exercuit. Animus audax illi fuit, subdolis, variis, cujuslibet rei simulator, ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis loquens, sapientie parum (hinc specialiter subluet ipse probabilis apud Theologum orationis) *Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat*. In tanta, tamque corrupta civitate Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiorum, atque facinorum circum se, tanquam stipatorum catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene bona patria dissipaverat; quique alienum æs grande conflaverat, quo flagitium, aut facinus redimeret; præ-

reâ omnes undique parricide, sacrilegi, convicti indicis, aut pro factis iudicium timentes; ad hoc, quos manus, atque lingua perjurio, aut civili sanguine aiebat; postremo omnes, quos flagitium, egestas, confusus animus exagitabat, hi Catilina proximi, familiaresque erant. Iam primum adolescens Catilina multa nefanda supra fecerat cum Virgine nobili, cum Sacerdote Vestâ, & alia huiusmodi contra jus, fasque. Animus impurus, diis, hominibusque infestus, neque vigilis neque quietibus sedari poterat, ita conscientia mentem excitam vastabat. Sed iuventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat. Ex illis testes, signatores falsos commodare, fidem, fortunas, pericula vilia habere. Post ubi eorum famam, atque pudorem attriverat, maiora alia imperabat. Si causa peccandi in praesens minus suppetebat, nihilominus insontes, sicuti fontes, circumvenire jugulare. Scilicet ne per otium torpescere manus, aut animus, gratuito potius malus, atque crudelis erat. His amicis, sociisque confusus Catalina, &c.

ART. LXXVIII. Ex animo, & pro animis tam fæda pestiferum consuetudinum lue correptis, penitusque corruptis, qualis oratio prodire, qualis ad persuadendum idonea censeret, & esse potuerit; facile, & cerro præsumitur. Sed nil opus est præsumptione. Oratio ipsa extat apud eundem Salustium, & in ea tota nullum est verbum, nullum vestigium, aut sapor, aut umbra honestatis, sed omnis vis persuadendi redigitur ad solam utilitatem, delectationem, seu libertatem ex legem, & ad gloriam vanam. Post maledicentiam enim adversus dominantes, & inter alia adversus severam flagitiorum coëctitionem, robur orationis in hæc verba contrahitur. *Quin igitur expergiscimini? In illa, illa, quam sæpe optatis libertas, præterea divitiæ, ædus, gloria, in oculis sita sunt. Fortuna ea omnia victoribus præmia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica, magis quam gratia mea vos hortentur. Ea pericula erant ex legibus obdelicta ante perpetrata, egestas ex prodigentiâ, & vita luxuriose peracta, spolia magnifica dicuntur direptio patriæ, quæ sunt manifesta ex contextu Salustii. Honestissima hæc oratio tunc tandem persuasit, evicique intentum, & vim suam exeruit manifestius, cum postulantes subinde locuti, quæ conditio belli foret, quæ præmia armis peterent? perrexit Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem incupierum, Magistratus, Sacerdotia, rapinas, aliæque omnia, quæ bellum, atque libido victorum fert; breviter, & dilucidè, ut creditores fraudarentur juribus suis, spoliarentur iusti etiam omnis generis bonorum possessores, liceret omne nefas.*

ART. LXXIX. Oratione ista nil potuisse probabiliter persuaderi probabilitate honestatis, claritate ipsa est clarius. Quia videlicet claritate clarum est, nil quemquam persuadere de re aliqua posse sub ea ratione formali, sub qua nil de illa dicit, nil considerat. Si quidem ergo ex eventu orationis ejus, quatenus de facto parricidium patriæ, quo uno continentur omnia scelera, persuasit, rectè colligit Augustinus, omne scelus esse probabile, & defendi posse, & committi sine peccato juxta dogma Academicorum; e videnter concluditur probabile Academicorum non fuisse restrictum ad probabilitatem honesti, sed prorsus indifferens, juxta præmemoratam ex Augustino definitionem, ad quodcumque, & quaecumque potens nos sine assensione invitare ad agendum. Verum Academici non solum non adhibere, sed nec potuerunt adhibere ullam ejusmodi restrictionem probabilis sui ad honestum. Quibus etiam

nil certum erat, nempe hoc tunc certum erat, utile patere latius, quam delectabile, & utrumque atque utrumque latius, quam honestum, & magis inter hæc existere differentiam, ac distantiam. Necesse igitur erat, ut probabile Academicorum, id est potens absque ulla assensione invitare ad agendum, esset prorsus vagum, ac indifferens ad illud genus bonorum, utque amplecteretur equaliter omne appetibile, sive honeste, sive inhoneste, sive certa, ac indubitata, sive incerta, & commutabilia. Nos autem disputamus de probabili probabilitate honestatis, quod nos invitare possit ad agendum per assensum, quo probabiliter iudicamus illud esse honestum, & cerro scimus, non esse certum, quod sit inhonestum. Quod sanè probabile, ut ad hoc aded non evincit oratio Catilina, adfuisse iniquam, quod persuasit, ut ne quidem illud argueret. Ex itaque omnibus abundè liquet argumentum ex Academicismo nil ad rem ipsam pertinere, quæ de agitur in præfenti, & equivocatione laborat. Hæc crassa, atque differentiam Academicorum inter, & nos catholicos probabilitatem patentes non esse materialem, & penes solam maiorem, vel minorem extensionem ipsius probabilitatis, sed esse commutabilem, & quoad totum conceptum realem quidativum probabilitatis, & probabile, licetque hanc vocem probabile esse utriusque communi

Tres insuper Annotationes circa Academicismum.

ART. LXXX. Dico quædam alia notanda superiunt circa istud argumentum ex Academicismo derivatum. Primum levioris momenti est, Mariannum perperam in longinquam regionem perperam esse, atque per sæcula quamplura, perque ambigua tenebræ antiquitatis semitas retrocessisse ad repositum utque Academicorum, quorum nullus per diu extat codex, ut argumentum erueret, quod proposuit. Si enim noluisse nudæ huic voci, probabiliter adhærescere, quod esse turpe, & indecorum indignum inculcat Augustinus in illo cap. 11. de contra Academicos, sed rem ipsam urgere ea voce significatam, & expressam definitionem Augustini dicentis probabile esse, quod nos ad agendum sine assensione potest invitare. Si, inquam, res hæc ipsam urgere voluisset, habuisset illam facile obviā apud peccatores, & improbos quosque homines, qui nullo unquam sæculo defuerunt, nec potest fieri. Si enim nunquam defecit, quod iuxta ad agendum, & quidem cum assensione, quod magis confert ad paritatem respectu nostri probabilitatis cum assensione verò ita plena, ut & plaudere certis nequiter agentibus, tanquam prudenter, & optimo consilio agentibus juxta illud Prov. 2. 14. *Quæ latantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus populi, & illuderent timentibus Deum tanquam impiis, ac insipientibus, seque ipsos stultè odio habebatibus juxta illud Sap. 5. 4. Nos insensatissimam illam & stimabamus infamiam, & sinem illorum sine bonis. Dicitur autem iis nihilominus probabile simpliciter, & adæquatè tale, eadem ratione qua dictum est Academicis defuisse, & diximus supra adversus Stoicichium defuisse peccatoribus aliis. Quia nimirum licet cum apparentia invitante ad eligendum, ac agendum*

arentia visus in subiecto capaci caritas, & carentia
lucis tenebra, & sic de aliis. Incertitudo ista, & for-
mido negativa, seu exclusiva perfectionis specialis
apparet in actibus intrinsicis certis inest universali-
ter omni opinioni, & pertinet ad conceptum eius
essentiativum; sed quod sit purè negativa, vel non
sit, accidit ei secundum suum conceptum generi-
cum, & est variabile in speciebus eiusdem. Fieri
namque potest, & sapè accidit, ut quis opinando
non solum non cognoscat distinctè, & clarè, vel con-
nexionem indefectibilem terminorum, vel summam
credibilitatem modo dicto, sed etiam cognoscat cla-
rè, atque ad veritatem deesse, vel in sua cognitione, vel
etiam in objecto tum connexionem, tum credibili-
tatem ejusmodi; atque hæc utriusque eius defectus
cognitio est incertitudo, & formido positiva, & con-
tinet in se imperfectiorem universalem opinionis ut
sit conjunctam cum perfectiuncula aliqua particu-
laris, quatenus cognitio imperfectiōis est aliqua per-
fectio. Itaque opinioni est communis cum intelli-
gentia complexa, scientia, & fide divina cognitio
confectionis terminorum simplicium, aut credibili-
tatis, necnon conformitatis inter ipsum actum, &
objectum prout ab eo representatur; solumque
differt ab eisdem per defectum, vel purè, vel non pu-
rè negativum cognitionis claræ, & distinctæ de præ-
dicta vel connexionem indefectibili, vel summa credi-
bilitate, & consequenter de formali sui ipsius infalli-
bilitate credita per fidem, visa per intelligentiam, &
scientiam.

ART. LXXXVIII. Jam igitur Academici non so-
lum nullam in ullo actu humano agnoscebant certi-
tudinem, ac infallibilitatem, solumque agnoscebant
possibilem homini opinionem, quæ est fallibilis, &
exposita periculo falsitatis, ac erroris; sed hinc ulterius
eò progrediebantur, ut dicerent nil unquam as-
sumendum, vel negandum, ut sic vitaretur omne pe-
riculum falsitatis, & deceptionis, quam putabant ef-
fectum hominis malum, propterea que sapientis
esse dubitare circa quælibet occurrentia, & hæere
acceptum in apparentis apprehensis, atque operari
juxta eandem apparentias prout apprehensas. Quæ
omnia patent clarissimè ex locis prædictis Angu-
stini, ut patet ex dictis hucusque à nobis opinantem
veracitate, & negare, atque operantem ex opi-
nione, operari cum judicio determinato circa alte-
ram partem contradictionis, & contrarietatis, licet
cum defectu certitudinis, & indefectibilitatis. Quod
illusterrimus Marinarius non satis exposuerat, & o-
portuit, ut nos diligentius exponeremus ad vitandas
nomulorum circa hæc tricas, ac præsertim recur-
ram quorundam ad prædicta quædam physica di-
stincta à representatione, & defectu representationis,
pro exponendis mutis quibusdam differentiis
directorum actuum intellectus; ac si intellectus per
speciem objectorum, quibus solis moventibus, deter-
minantibus, & cooperantibus agit, quidquid agit,
posset moveri, ac determinari ad aliud, quam ad re-
presentandum hæc, vel illa, & plus, vel minus; sicut
si diceretur, quod voluntas per bonitatem sibi pro-
positam possit moveri ad aliud, quam ad affectus, &
ad differentias alias, quam affectivas formaliter, aut
visus, vel auditus ad alias, quam visivas, & auditivas,
atque ex omni parte representativas. Verum de
hoc, & de non diversificandis actibus intellectus,
& voluntatis ex solo modo tendendi absque ulla, vel
etiam absque pari, & assimili prorsus diversitate ex
parte objectorum, circa quæ versantur, sicut res pu-
tè physice ita differunt inter se ex modo essendi, ut

Pars II,

simul necesse sit illis inesse specialia alia prædicata,
ratione quorum verificetur diversitas quoad modum
essendi. De iis, inquam, alibi ex professo. Id mone-
re necessarium non videtur, quæ dixi de propositio-
nibus affirmativis, intelligenda pariter esse de nega-
tivis proportionem servata, cum sit eadem de utris-
que ratio, eò vel maximè quia omnis negativa sem-
per, ac necessario, fundatur in aliqua affirmativa, si-
cut omne odium fundatur in aliquo amore, ut no-
tavi lib. 7. *Curs. Theol.* q. 10. & 12. art. 1. Quæ itidem
ratione D. Thomas in prædicto art. 1. & alibi o-
pinionem dicit acceptionem unius partis, tamen si o-
pinio negativa sit potius rejectio. Sed nil est moven-
dum de modo loquendi, cum de re constat.

*Proponitur, ac diluitur difficultas
ex definitione probabilis per
plerumque contingens.*

ART. LXXXIX. Ex hoc capite intenditur quæ-
stionem nostram esse de sub-
jecto non supponenti, atque sententiam nostram de
usu licito opinionis minus probabilis relicta opinio-
ne contradictoria magis probabili implicare in ter-
minis, ac proinde proferri à nobis voces Pluracorum
more absque ulla vera intelligentia, & reali interiori
assensu rei significata per voces, ejusdemque rei dis-
tinctione, ac mentali distinctione à contradictorio
ipsius. Arguitur autem sic. Probabile est, quod ple-
rumque contingit: Sed repugnat manifestè in ter-
minis, ut contradictorium eius, quod plerumque
contingit, sit & ipsum plerumque contingens. Ergo
repugnat manifestè in terminis, ut contradictorium
eius, quod est probabile, sit & ipsum probabile. Ergo
in nulla contradictione utraque pars potest esse pro-
babilis, seu magis, seu minus, sed si una pars est pro-
babilis, reliqua est non probabilis, seu improbabili-
lis. Necesse namque est contradictorium plerum-
que contingens raro contingere, id est, contradi-
ctorium probabilis esse improbabile juxta defini-
tionem datam; nec oppositum hujus concipi men-
te post cum assensu ab intelligente terminos, & dis-
cernente, quod affirmat, ab eo, quod negat, cum
sit veritas per se nota, sicut quodlibet esse, vel non
esse. Reliqua hujus argumenti præter majorem sunt
per se manifesta, atque omnino indubitabilia. Ma-
jor autem patet ex Philosopho sic sapè definiente
probabile, ac supponente talem esse ipsius conce-
ptum, & quidditatem, maximè verò, & ex profes-
so lib. 2. *Prior. cap. 27. init.* & lib. 2. *Rhet. c. 2. post med.*
in quorum priori loco sic habet: *Eicos quidem est pro-
positio probabilis. Quod enim ut in plurim. sciunt sic factum,
vel non factum, aut esse, vel non esse, hoc est eicos, ut videre in-
videntes, vel diligere amantes.* In posteriori autem sic:
*Probabile namque est, quod fere semper solet fieri. Verum
non simpliciter, ut quidam definiunt, sed quod, cum de iis
sit, quæ aliter se possunt habere, sic se habet ad illud, ad quod
est probabile, sicut universale, & particulare.*

ART. XC. Istud argumentum non jam ex iis
est, de quibus initio dicebam mihi in mentem non
venisse, antequam ederem quæstionem meam. Op-
posuerat enim illud mihi in disputationibus dome-
sticis, cum prima vice docerem de conscientia in hoc
Romano Collegio, Collega tunc meus in schola
Theologica Eminentissimus Cardinalis Pallavicinus.
Prætermittendum tamen duxi, & cum secunda vice
adhibito novo labore, ac diligentia eandem mihi
E 2 quæstio-

quæstiones traderem, & cum ultimam illis manum adhiberem ante editionem tum Romanam, tum deinde Lugdunensem. Quia nimirum credideram, sicut nullus ante hac Theologus usus fuerat ea probabilis notionis, ac definitionis, quam in analyticis, ac Rhetoricis tradiderat Aristoteles, ita nullum deinceps futurum Theologum, qui eidem insisterendum putaret pro rebus Theologicis, ac controversiis moralibus declarandis, & determinandis, eò quod ad hanc illa minimè pertineret, nec ad eam esset accommodabilis directè. Verum quia nuper legi Cardinalem Pallavicinum serio adhaerentem pro te præsentis definitioni illi Aristotel. disp. 8. & 9. de æt. hum. legi verò monitus à nonnullis, qui illum ea in te imitantur, necesse est, ut hic inseram, & plusculum exponam, quæ in disputatione illa exercitatoria, ejus mox memini, breviter respondendo suggererem.

ART. XCI. Dico Aristotelem exposuisse optimè probabile pertinens ad scopum suum, sed ne attingisse quidem, saltem directè, ac immediatè, probabile pertinens ad rem nostram præsentem, Aristoteles intendit exponere probabile argumentativum, ac syllogisticum, seu entimematicum, ac proinde universale, quandoquidem syllogismi ex universalibus sunt, & præterea probabile per se, opinabile, atque credibile, seu verisimile, quoniam syllogismus procedit ex per se notis, aut ex assumptis tanquam per se notis ad notum per aliud, quatenus notum per aliud. Nos autem in controversia præsentis sumus intenti ad probabile præcticum eligibile, & exequibile, ac proinde ad singulare, quatenus operationes sunt circa singularia, & præterea ad opinabile, credibile, seu verisimile per aliud, quatenus electiones, & operationes humanæ sunt ex præconstituto, seu circa notum ex alio, nempe ex præeunte consultatione. Tale esse nostram præsentem intentionem nulla indiget probatione. Controversia namque nostra est, an sit licitus usus opinionis probabilis. Usus autem est circa singulare, ac proinde opinio, ejus est usus, est itidem circa singulare. Sed neque obscurum est intentionem Aristotelis esse, qualem diximus. Et quidem de priori loco ex prioristis nil necesse est dicere, cum sit manifestum in toto eo opere de nulla alia re agi, quam de dirigendis, ac rectè ordinandis syllogismis, atque in illo ipso cap. 27. nil agatur aliud, quam distribuere, & adaptare opportunè ipsum ejus, seu probabile ad omnes figuras syllogismorum, quos absque universali esse non posse est nimis familiaris, ac notum apud Aristotelem, cujus inter alia est hoc lib. 7. top. cap. 4. prope fin. Non est syllogizare quicquam sine universali. Quoad locum ex Rhetoricis sufficit, si non & superfluit hæc audire ex eodem illo cap. 2. paulò ante verba objectionis: Cumque ars nulla consideret singularia, ut Medicina quid Socrati, aut Callia salubre sit, sed quid tali, vel talibus; id enim artificiosum est; Singularia autem infinita sunt, & scientia nequeunt contineri: nec Rhetorica utique, quod cuique credibile est, considerabit, ut puta quid Socrati, aut Hippia, sed quid talibus, veluti & Dialectica. Vtitur enim & ipsa syllogismo; adeoque & universali. Sed quid opus est, aliud id confirmare? cum ex ipso testimonio, quod objicitur, sit manifestum; tum quia dicitur probabile ita se habere ad id, ad quod est probabile, sicut universale ad particulare, quod patet nulli particulari respectu alterius particularis convenire posse, tum quia in ipsa prima quidditatem expressione dicitur probabile esse, quod ferè semper solet fieri, cum singulare, nec ferè semper, nec rarò, nec ullo modo aliquoties, sed semel tantum fieri possit.

ART. XCII. Manifestum igitur est, singularem circa, quæ est operatio, & electio, & de quorum proinde cognitione, & cognitionis qualitate principalis nostra controversia est, nec probabilis, nec improbabilis esse posse fortè esse Aristotelicam probabilitatis usurpationem, sed opinabilia, credibilia, verisimilia, vel & contra so inopinabilia, incredibilia, & inverisimilia. Et quidem Philosophus distinguit non semel credibilia, & verisimilia à probabilibus tanquam genus à specie, ut apparet ex eod. cap. 2. Rhetorica paulò post principium. Rationibus autem, aut idem auditores inducimus, cum verum, aut verisimile est probabilibus, quæ in unoquoque sunt, esse demonstranda. Et rursus ante med. Nam cum credibile eandem rationem sit, & aliud quidem per se ipsum illud sit credibile, aliud probabile, aliud quoniam probari per talia videtur. Et demum paulò post: Est autem possibile rationibus, quæ colligere, alia quidem ex his, quæ prius syllogismis collata sunt, alia verò ex his, quæ syllogismo quidem collata non sunt, syllogismo autem indigent, eo quod non sunt probabilis. Quorum necessario quædam hujusmodi sunt, ut index propter proximitatem (simplex enim esse syllogismus non bene consequatur, quædam non credibilia, quæ nec sunt ex concessis, nec ex probabilibus. In hac præputè postrema rationatione perspicitur probabile apud Aristotelem in prædictis locis perinde colligi, quoad genus incertorum, sicut ab eodem, & ab aliis communiter, dum propriissime loqui volumus, accipitur intelligibile quoad genus eorum, quæ certa sunt. Sicut enim in serie eorum, quæ certa sunt, etiam in serie eorum, quæ certa omnino non sunt, necesse est dari quædam prima principia, quæ non ex aliis prioribus, sed ex se præcisè credibilia sunt, ideoque dicuntur per se credibilia, seu credibilia sola apprehensione terminorum, & hæc appellantur ab Aristotele probabilis. In neutro namque genere dari potest processus in infinitum, & in unoquoque necesse est dari aliquod primum, quod non ex aliis, ut demonstrat Philosophus lib. 1. poster. cap. 3. nisi quod utrumque originem ducit ex inductione singulorum observantiae, non illative præcipii completæ, sed manifestativa simplicitate complexionis terminorum, ut apparet quoad probabile ex allatis hinc montis, & tradit quoad intelligibile Philosophus primo Metaphysicæ, & cum eodem exponit lib. 4. Metaph. lect. 6. ante med. his verbis. Quod quidem sit (ut adquirentur prima principia sine rationatione, per hoc, quod à sensibus accipitur memoria, & à memoria experimentum, & ab experimentis terminorum cognitio, quibus cognitio cognoscitur hujusmodi propositiones communes, quæ sunt autem, & scientiarum principia. Differunt ergo probabilis ista Aristotelica à reliquis credibilibus cum ferme ne oppositi ad eam modum quo differunt intelligibilia, seu per se nota principia à reliquis enunciatibus cum certitudine. Quod volenti attendere apparet clarè ex prælati Aristotelicis illis particulis quæ syllogismo quidem collectæ non sunt, syllogismo autem indigent, eo quod non sunt probabilis &c. quædam non credibilia; quoniam nec ex concessis, nec ex probabilibus. Itaque igitur (si non & majus) absurditatis genus est adducere Aristotelicam probabilis definitionem ad declarandam quidditatem probabilis proximè prædicti, ac singularis, & non assumpti in consultatione, sed illam per consultationem, atque adducere definitionem intelligibilis, & principii per se nota ad declarandam quidditatem, scilicet, seu principii eandem cognitum per aliud.

ART. XCII.

ART. XCIII. Respondeo jam in forma ad argumentum ex art. 89. distinguendo majorem. Probabile universale, & argumentativum & quod per se, est, seu ex sola apprehensione terminorum tale est, est plerumque contingens, transeat major. Probabile singulare, & proxime practicum, atque illatum ex alio, & quod proinde non ex se præcisè, atque sola apprehensione terminorum tale est, est plerumque contingens, nego majorem, & supponitur ex alio, & concessa minore distinguo similitudinem consequens: Ergo repugnat manifestè in terminis, ut contradictorium ejus, quod est probabile, sit & ipsam probabile probabilitate per se primò tali, universali, & argumentativo, concedo consequentiam: Sit & ipsam probabile probabilitate non ex se præcisè, sed ex alio singulari, & proxime practica, nego consequentiam. Ex hac distinctione patet ad cetera, quæ annexuntur ibi, & similiter patet ex dictis testimoniis illa Aristotelis ita probare partem concessam, seu transmissam majoris, ut partem negatam minimè tangeret. Necessitas, & opportunitas hujus distinctionis apparet ex præindicatione, & utiliter repetenda intentione, & scopo, tum Aristotelis in illis locis, tum Theologorum in questione præfata. Aristotelis intentio, & scopus fuit inducere, & præmunire ad arguendum. Quia verò omnis argumentatio procedit ex universalibus, iisquæ vel concessis, vel per se notis, atque quoad concessa, nulla erat necessaria instructio. Necessitas utique fuit, ut expositurus locum à probabili compelleretur sub ea voce aliquid solummodò universale, atque in suo genere per se notum. Theologorum autem in præfata questione intentio, & scopus fuit instruere, ac præmunire ad agendum, eligendum, ac exequendum. Quia verò actio est circa singulare, & electio est ex præconstituto, necesse utique est, ut acturi de probabili complectantur sub ea voce sola singularem, aut ad modum singularem habentem, & eaque quatenus nota, & conclusa ex alio. Differt ergo alterum ab altero probabili, & definitio unius à definitione alterius tanquam infinitam, seu interminatam, & primò à finito, determinatam, ac postremo, & tanquam definitio illius à definitione hujus. Propterea Aristoteles usurpat probabile, non passivè pro eo, quod probari, seu approbari merito potest, sicut visibile usurpat pro eo, quod videri potest, & laudabile pro eo, quod merito laudatur, sed usurpat activè pro eo, quod est aptum ad probandum, ac suadendum aliquid absolute incertum, seu pro principio probationis, seu susceptionis incertæ, sicut risibile usurpat pro principio ridendi, & vivens sensibile pro principio sensationis. Theologi est converso accipiunt probabile passivè pro approbabili, seu habente, ac terminante probationem bonam, & validam, non activè pro idoneo ad probandum, ideoque exponunt suum probabile, non, sicut Aristoteles in locis, & verbis præindicationis, relatè ad conclusionem, quàm inferre potest dicens, sic se habet ad id, ad quod est probabile, sicut universale ad particulare, sed relatè ad argumentum, quod probatur, & dicunt probabile esse, quod nititur fundamento magni momenti, seu quod magis habet ad verum, quàm ad falsum. Permutant igitur activa passivis, & ponunt quid pro quo, qui Aristotelicam probabilis definitionem ad rem præfatem transferre conantur, ut jaceret.

ART. XCIV. Hoc præterea est valdè mirabile Aristotelicam eandem probabilis definitionem adduci ad probandum fieri non posse, ut utraque pars

Pars II.

contradictionis sit simul credibilis, opinabilis, ac verisimilis; ne ut altera magis, altera minus. Quod sanè est non solum præter, sed etiam contra mentem, intentionem, totumque ea in re institutum Aristotelis, ut patet ex iis, inter alia ejusmodi multa, ex lib. & cap. 1. Rhetor. versus finem: Præterea oportet, ut sicut & in syllogismo persuadere contraria possimus. Et mox distinctius. Aliarum igitur artium nulla de contrariis ratiocinatur; sed dialectica, & Rhetorica id sole faciunt. Nam utraque similiter de contrariis est. Nempe ut utralibet valeat reddere credibilia, atque ad id utraque simul credibilia reddant Dialectici, & Oratores libi invicem contradicentes. Atque hoc ita positum in genere, toto deinceps reliquo libro deducit in opus tradendo ubique principia, & modum, quibus in unoquoque genere utraque pars contradictionis reddatur opinabilis, atque credibilis. E. g. cap. 15. quod est de inartificiali fide, primum ex legibus locum sic versat ad astuendam utriusque partis contradictionis credibilitatem, præmittens hanc istius suæ intentionis expressionem. Primum autem de legibus, quo pacto suadenti, & dissuadenti, accusanti, & defendenti (intents utique ad contradictoria) utendum sit, dicamus. Tum sic: Patet ergo, si lex scripta ad rem sit, communi tunc lege utendum esse, & aquo, ac bono, quam justioribus, & quod optima sententia uti hoc est, ut utrisque scriptis in omnibus, & quod æquum, ac bonum, permaneat semper, & nunquam immutetur, sed nec communis lex, cum secundum naturam sit, ius verò scriptum sapientius, &c. Transiit deinde ad alteram partem contradictionis reddendam pariter credibilem: sin verò lex scripta rebus conveniat, tunc optima sententia dicendum, non esse legem positam, ut præter leges iudices, sed ne ignorando, quod leges volunt, peiores. Et quod nemo eligit, quod simpliciter bonum est, sed quod sibi. Et quod non differat, vel nullas leges esse, vel non uti &c. Sic de testibus, sic de pactis, sic de questionibus, sic de iurejurando agit inducta ubique credibilitate utriusque simul partis contradictionis. Patet igitur Aristoteli magis, quàm nobis contradicere, negantes simultaneam utriusque partis contradictionis opinabilitatem, & credibilitatem, & quatenus id concludere nituntur ex probabili Aristotelico, niti concludere ex causa privationem effectus. Quia nos autoritate Aristotelis ducti assentimur simulati probabilitatis circa utramque partem contradictionis, eandemque simultatem idem Aristoteles deducit ex suo probabili, tanquam ex unico, certè præcepto credibilitatis, opinabilitatis, ac verisimilitudinis principio circa reliqua incerta.

ART. XCV. Ratio simultaneæ hujus credibilitatis quoad utramque partem contradictionis est: Quia licet sit impossibile, ut utraque pars contradictionis simul sit vera, fieri tamen potest, ut utraque pars simul subsit principio universali, quia plerumque contingentia sit per se primò credibilis, seu ut loquitur Aristoteles, sit probabile, ac proinde fieri potest, ut utraque pars contradictionis simul reddatur credibilis, nempe utralibet pars per suum probabile, seu primò opinabile, ac credibile, cui subest. Exemplo res fiet manifesta. Matrem diligere filium, & lædentem non diligere à læso; utramque est probabile, ac per se credibile. Accidit autem Mariam esse Matrem Petri qui illam iniquè, & graviter læsit. Erit igitur credibile Mariam, quæ mater est, diligere Petrum, & rursus erit credibile, non diligere, quia iniquè, & graviter læsa est. Quia quod inferitur ex probabili, est credibile juxta

E 3

Aristote-

Aristotelem, qui opere ipso nuper id suadebat, atque ex D. Thom. opusc. 48. cap. 1. In omni materia existentibus veris, vel probabilibus præmissis semper sequitur conclusio vera, vel probabilis. Verum de istiusmodi similitudine probabilitatis conjuncta cum improbabilitate similitudinis, quoad utramque partem contradictionis, atque de multiplici eatenus comparatione paulo post uberius redibit sermo.

ART. XCVI. Nunc enim id postremo, & principaliter observare oportet, quod demonstrat Aristotelicam eam definitionem probabilis, ne indirectè quidem ad rem præsentem adaptari universaliter posse. Nempè probabilitas definita per plerumque contingens est probabilitas tantummodò quoad an est? an erit? an fuit? idque in materia solum contingenti, & in qua absolute fieri potest rem sic, vel aliter esse, fuisse, fore. In materia namque necessaria, & in quaestione de quidditate rei, nullus est locus plerumque contingenti, quandoquidem quæ necessaria sunt, eodem modo semper eveniunt sub iisdem circumstantiis, atque quidditates rerum sunt invariabiles, & semper eadem, adeoque explorandæ per ea, quæ semper, ac necessariò sunt, non per id, quod plerumque contingit. Distinctionem istam suggerit, & annuunt huc nostra illius applicationi Aristoteles, lib. 1. Rhet. cap. 15. ante med. Cum enim dixisset de probatione per testes, subdit: Verum ii de hujusmodi solummodo testes sunt, factumne sit, an non; & utrum sit, an non? De qualitate verò minime, ut puta si justum sit, an injustum. Atque mox addit usum probabilem, qualia utique exposuerat ubi supra per plerumque contingens, eundem esse, atque testium prædictorum: Qui ergo, ait, testes non habet, iis præsidis utetur, quod ex probabilibus judicandum sit. Id enim est optima sententia judicare, quod pecunia corrumpi probabilia non possint, quod falsi nunquam testimonii crimine accusentur. Qui autem habet adversus non habentem, his utetur, quod ad ferendam sententiam probabilia non sufficiant, quod rebus nunquam opus esset, si rationes res satis cognoscere possent. Pro sola igitur quaestione, an est, utile esse potest probabile quatenus convertibile cum plerumque contingenti, sicut testes, quia testes præcisè sunt, pro eadem sola utiles esse possunt. Nostra autem controversia procedit de probabili quoad qualitatem, & an justum, injustum; honestum, an inhonestum sit. Quæ equidem qualitas in iis, quæ pertinent ad legem naturalem, est omnino invariabilis, nec ad ea, quæ plerumque, sed ad ea, quæ semper eodem modo proveniunt reducitur; in iis verò, quæ pertinent ad legem positivam, sive divinam, sive humanam, non itidem ex iis, quæ plerumque contingunt, deprehenditur, sed ex eo, quod semel, nempè ex lege lata, vel non lata. Manifestum igitur est expositionem probabilis per plerumque contingens esse prorsus abs re pro intelligentia probabilis circa quaestiones, consultationes, & resolutiones de licito, & illicito, honesto, & inhonesto.

ART. XCVII. Hinc Aristoteles in Ethicis meminit plerumque contingentium, & directionis, quæ desumi inde potest, tantummodò lib. 1. cap. 3. & lib. 3. cap. 3. dum prudentiam in priori loco, & prudentem consultationem in posteriori considerat relatè ad electionem mediorum, quæ sunt idonea conservandis, & augendis divitiis, obtinendæ victoriæ, aliisque ejusmodi negotiis ad optatum exitum perduendis, in quibus quaestio est, an is exitus sit futurus, vel non sit futurus, qualis desideratur mediis his, vel illis sic, vel aliter dispositis. At ubi agitur de discer-

nendo honesto ab inhonesto, & de constituenda regula objectiva prudentiæ simpliciter dicta, & directionis absolute laudabilis in ordine ad finem humanis, & non solum artis, vel status particularis, nullum amplius fit recursus ad plerumque contingens, nec fit ulla de eo commemoratio, sed tota eatenus conclusio fit per mediocritatem inter excessum, & defectum; per id, quod decet, quod videtur sapienti, quod laudatur ab omnibus. Veritatem hanc quam facile perspicit, nec dubitare de ea poterit, si placeat legere librum secundum, & sextum Ethicorum, ubi ea de re universa, & universatè agit Aristoteles, & Philo sophus, & nil non tangit, quod ad rem tantam pertineat, & ratio purè naturalis allequi possit, & tamen, ut hoc iterum dicam, istud plerumque contingens nullibi, vel leviter tangit. Idem quod de eodem silentium apparet in reliqua tota tractatione de virtutibus singulis in particulari, de difficultatibus, & quaestionibus plurimis circa eadem.

ART. XCVIII. Sed nos id ipsum manifestè clarior, & ineptitudinem plerumque contingens dignoscendam probabilitatem sententiarum, aut illicita operatione hac, vel illa, ponamus ad oculos distinctius proposita una, vel altera quaestione particulari. Reum convictum in processu potest debere condemnari juxta qualitatem delicti à iudice, tamen si aliunde certò conficere innocentiam eius rei, affirmat D. Thomas, negat Scotus. Arguitur pro D. Thoma, quia iudex fert sententiam quatenus, & gerit personam Reipublicæ, & eius auctoritate, ejusdemque præcipit uti utatur. Reipublica autem nullam habet notitiam præteream, quæ apparet in processu, & cetera quæ inibidem apparent, æstimat pro nihilo, juxta illud vulgare, quod non est in processu, non est in mando, ejusdemque Reipublicæ interest, ut iudex indispensabiliter procedat juxta allegata, & probata, utque nunquam ea conculcare, aut præterire illi liceat præter prævata qualiscumque notitiam. Arguitur pro Scotus, quia nulla repræsentatio, nullaque fictio juris dante à iudice potest realem personam suæ singularetatem, ejusdemque subjectionem ad legem naturalem ratione cujus est intrinsicè malum infamare, & exare innocentem certò cognitum, ut talem, non cooperari infamanti, & vexanti. Quærent, in utraque sententia sit probabilis, an utroque improbabilis, & an altera magis, seu probabilis, seu improbabilis, quam altera, an demum altera sit probabilis, altera improbabilis? Nil potest respondere juxta regulam, seu definitionem de plerumque contingenti. Quia una sententia dicit, convictus, altera dicit, nullus. Una semper, altera nunquam, & utraque assumit principium affectum eodem universalitate. Nullus igitur est usus ea definitionis pro dignoscenda probabilitate, aut improbabilitate sententiarum. Quod si propterea fiat recursus ad auctores sententiarum plerumque non fallentes: Contra est primò, quia definitio non dicit id esse probabile, cujus assertor plerumque non fallit, sed quod ipsum plerumque contingit, quæ sunt sunt diversa, & separabilia realiter, ut patet in eadem potest, vel D. Thomas, vel Scotus, & altera dicit, quod nec plerumque, nec unquam contingit. Contra rursus, quia nec D. Thomas plerumque fallit, nec Scotus, ac proinde ex hoc ex parte utraque pars contradictionis erit probabilis, & te quaestione proposita. Argumentum autem, cui respondemus, adducebat eam definitionem probabili-

Expenditur Aristotelica alia probabilium definitio.

ART. XCIX. **P**roderit ad maiorem eorum intelligentiam, & confirmationem, si considerationi prædictæ definitionis adiciatur consideratio definitionis alterius, quam idem Aristoteles de eodem probabili exhibet lib. 1. cap. 1. ante med. Definitio autem est talis: Probabilia autem sunt, quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his, vel omnibus, vel plurimis, vel maxime familiaribus, & probatis. Hæc definitio utuntur admodum fidenter Illustriss. Marinarius, & nonnulli alii. Sed quam id faciant perperam, non est difficile demonstrare. Observanda imprimis est distinctio, simulque proportionalis similitudo, quam inibi immediatè præmittit Philosophus, inter syllogismum demonstrativum, & dialecticum, id est, conclusum veri cum certitudine, & conclusivum verisimile cum formidine falsi. Demonstratio verè est, ait, quando ex veris, & primis syllogismiserit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima, & vera eius, quæ circa ipsa est, cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus est, qui ex probabilibus est collectus. Reddit mox rationem utriusque utriusque, ius syllogismi declarationi communem per hæc verba: Non enim oportet in disciplinariis principiis inquirere propter quid, sed secundum unum quodque principiorum (juxta qualitatem cuiusque principii fallibilis, ac incerti, vel certi, ac infallibilis) ipsum per se esse fidem. Ex his liquidò rursus apparet verissimum esse, quod supra dicebamus, probabilia apud Philosophum perinde se habere quoad genus incertorum, atque se habent apud ipsum, & apud omnes intelligibilia quoad genus eorum, quæ certa, ac infallibilia sunt. Utriusque enim commune est intra genus suum, ipsa per se esse fidem, & non dari provocationem ad propter quid, seu ad aliquid natura ulterius, ac prius, ex quo illis concilietur fides. Atque hinc iterum constat probabile Aristotelicum, & quod definitio eius declarat, esse rem longè diversam à probabili, & probabiliori, de quo est præsens nostra controversia. Hæc enim instituitur de probabili controversio, atque in utramque, seu mavis, in utramvis partem deducto ex prioribus aliis, atque notioribus.

ART. C. Observandæ deinde sunt disunctiones quinque, quas innecit in sua ista definitione Philosophus distinguens, atque gradatim distribuens totidem probabilium classes à summa probabilitate usque ad infimam. Primus gradus probabilium est eorum, quæ videntur omnibus. Secundus eorum, quæ plurimis. Intelliguntur autem utrobique docti promiscuè, & indocti, nempe non alioquin dicendi, vel omnes, vel plurimi simpliciter, & absque addito, seu distinctivo aliquo. Intelligitur consequenter utrobique id genus rerum, & complexionum, quarum percipiendarum, ac æstimandarum quivis rationis compos est capax; nempe cuius quisquam non sic est capax, id ei videri, vel non videri non propriè dicitur. Ad hoc igitur probabile genus pertinent proverbia, seu adagia vulgò recepta, quæque illis affinia sunt. Tertius gradus est eorum, quæ videntur omnibus sapientibus. Quartus eorum, quæ plurimis sapientibus. Intelliguntur autem utrobique sapiens non soli propriè, & strictè tales, quales sunt paucissimi, sed latius, & juxta vulgarem usum tales, nempe versati utcumque in unaquaque scientia, vel arte, & intelligentes, quæ in ea commu-

ad probandum repugnare in terminis, ut utraque pars contradictionis sit probabilis. Est autem eadem ratio de omni, & qualibet alia questione circa licitum, & illicitum, ut patet consideranti, præsertim in materia virtutum, & vitiorum, quæ sunt circa operationes, & non directè circa passionem. Quæpropter quicumque volat adherere prædictæ definitioni probabilis, remanebit necessario exlex prorsus quoad hanc partem doctrinæ, & qualibet promiscuè dicat, vel probabilia, vel improbabilia pro genio, aut habitu hilaritatis, vel tristitiae, angustio, vel augusto, nec inveniet ullibi per quod à præcepto revocetur, quoad hoc punctum: Quia verò definitio est universalis, & abstrahit à probabilitate speculativa, & practica, percipiamus id ipsum in exemplo alio ex materia speculativa, quod suggerit D. Thomas superadditione de probabilitate iudicio in 4. distinct. 45. quæst. 2. art. 2. quæst. 1. ad 5. Quæstio est de utilitate suffragiorum pro existentibus in inferno. Quinta ratio adducenda pro parte affirmativa proponitur his verbis Damasceni in eodem sermone (de suffragiis mortuorum) narrat, quod Gregorius pro Traiano orationem fundens audit vocem sibi divinitus illatam. Vocem tuam audis, & veniam Traiano do. Cujus rei, ut Damascenus dicit in dicto sermone, testis est Oriens omnis, & Occidens, sed constat Traianum in inferno fuisse, quia multorum interitum necem amarum insituit, ut ibidem Damascenus docet. Ergo suffragia etiam valent existentibus in inferno. Respondet ad hæc D. Thomas: Dicendum, quod de facto Traiani hoc modo potest probabiliter æstimari, quod precipue B. Gregorius ad vitam fuerit revocatus, & ibi gratiam consequutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem à pena: Sicut etiam apparuit omnibus illi, qui fuerunt miraculose à mortuis suscitati, quorum plures constat idololatras, & damnatos fuisse. De omnibus enim similiter dici oportet, quod non erant in inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem iustitiam propriorum meritorum. Secundum autem Superiores causas, quibus providebatur ad vitam revocandi, erat de eis aliter disponendum. Vel dicendum secundum quosdam, quod cum Traiani non fuit simpliciter à creatu pena æterna abscissa, sed eius pena fuit suspensa ad tempus, scilicet usque ad ultimum iudicii. Nec tamen oportet, quod hoc fiat communiter suffragia. Quia alia sunt, quæ lege communis accidunt, & alia quæ singulariter ex privilegio aliquibus conceduntur: Sicut alii sunt humanarum limitum rerum, alia divinarum signa virtutum, ut Augustinus dicit in libro de cura pro mortuis agenda. Vides hic ex sententia D. Thomæ probabiliter æstimari de utraque parte contradictionis, altera affirmante resurrectionem, justificationem, & gloriam, altera affirmante solam suspensionem ad tempus. Vides neutrum horum esse probabiliter contingens, aut ex plerumque contingentibus, aut secundum se, aut quoad modum, quo contingit, cum neutrum fuerit ex lege communi, sed ex privilegio, & quoad substantiam, & quoad modum. Ergo probabile apud D. Thom. cum quo quoad hoc conveniunt omnes omnino Theologi, nil habere commune cum plerumque contingentibus, neque potest regulari per plerumque contingens, estque alia, & alia res significata per hanc vocem probabile apud Aristotelem, & apud D. Thomam, cæterosque Theologos, sicut est alius, & alius, tum scopus, tum usus apud illum, & apud istos circa expositionem probabilis, & circa probabile ipsum, ut patet consideranti, quæ huc usque dicta sunt.

(* *)

communiter traduntur, cuiusmodi sunt quamplures, ideoque distingui potuerunt in omnes, & plurimos, & dici solent vici docti, seu periti. Intelligitur consequenter id genus rerum, quibus in unaquaque scientia, vel arte percipiendis, ac æstimandis plerumque sufficiunt, qui illas profitentur. Complectitur igitur hæc probabilium classis positiones, dignitates, & axiomata communiter citra omne dubium recepta in unaquaque scientia, vel arte, & quæ sunt illis affinia. Quintus, & infimus probabilium gradus continet ea, quæ videntur sapientibus paucis quidem, sed præminentibus, & publica approbatione, ac plausu celeberrimis. Contraponuntur enim postremi isti sapientes omnibus, & plurimis sapientibus, & dicuntur maximè familiares, maximèque probati, id est, non superficiales in sua scientia, vel arte, nec gaudentes sola vulgari, & ordinaria approbatione, ac existimatione sui, sed profundè penetrantes ad intima quæque, & abstrusissima scientiæ, vel artis, & agniti communiter, ac venerabiles, ut tales, & quibus proinde turpe, ac temerarium sit dissentire eatenus, ac refragari sapientes, seu professores inferioris notæ. Unde intra istum probabilium ordinem illa sola connumerantur, quæ sunt elevatissima, ac remotissima à sensu, & quorum intelligentia, iustaque æstimatio postulat virum summè ingeni, & improbi, ac diuturni laboris, studique pertinacissimi.

ART. CI. Ex legitima ista, ac sincera expositione Aristotelicæ definitionis, ut dicitur ab adversariis, & dicta à nobis est juxta eorum loquutionem, seu potius descriptionem, ac divisionem probabilium, ut res ipsa habet, apparet spontè nullas, vel certè vix ullas Theologorum opiniones circa quæstiones apud ipsos controversas dici posse probabiles, aut magis, minusve probabiles, juxta phrasim, & sententiam Aristotelis, uti benè advertit Baylius in *detrip. examine*. Et quidem quoad primam, & secundam partem de omnibus, & de plurimis cuiusvis promissæ conditionis, an aliqua ex prædictis opinionibus sint eatenus probabiles, aut magis, minusve probabiles, quæstio est de subiecto non supponenti. Quia ejusmodi quæstiones sunt supra captum insipientium de vulgo hominum, in quibus proinde per se ipsos nil videtur circa illas, sed à sapientibus accipiunt, quid agant, in illarum materia. Nec sapientes de iis disputarent, atque pugnarent inter se, quæ idioræ assequerentur, & dijudicare possent, & circa quæ deceret, ut haberetur ratio iudicii ipsorum. Quoad tertiam, & quartam partem de sapientibus, vel omnibus, vel plurimis, id est, ferè omnibus, est itidem de subiecto non supponenti eadem quæstio. Quia circa ea, circa quæ conveniunt viri docti omnes, vel ferè omnes, nil amplius controversatur, sed illa assumuntur tanquam principia ad decidendas controversias. Notum deinde est in ejusmodi Theologorum controversiis totidem plus minus sapientes adesse solere pro utralibet parte contradictionis, eumque solere esse numerum Auctorum pro utralibet parte, ut de neutra verificari possit videri illam Theologis omnibus, aut ferè omnibus. Observatur nimirum hoc in praxi doctrinæ, ut quod unus, vel alter Theologus è trivio dixerit adversus omnes, vel ferè omnes Doctores, non pensi habeatur, nec propterea id in controversiam vocetur, plauditurque merito Philosopho dicenti in eodem lib. i. *top. cap. 9. ad med.* Nam de quovis contraria opinionibus proferente curam habere stultum est. Idem denique dico quoad postremam partem de sapientissimis, seu de

viris summa sapientia præditis, & habitis in summa reverentia. Nam quod certum est dixisse Dionysium, Augustinum, Hieronymum, &c. non controversatur à Theologis, sed assumitur ut principium ad decisionem controversiarum. Quod si quando contingat, sapientissimo, & probatissimo aliquo dicitur contradicere sapientes alios, ipse Aristoteles præcisè de causâ excludet è numero suorum probabilium, ut colligitur ex his verbis in *idem lib. i. top. cap. 8. post initium*: Ponet enim aliquis (ut probabile, & ut principium, de quo erat sermo) quid videtur sapientibus, nisi id contrarium sit majorum opinionibus. Tanti enim, ut minimum sunt sapientes, tametsi inferioris notæ comparati sapientissimo, & probatissimo, quanti sit multitudo impertinenti sapienti comparata. Patet ergo nullas Theologorum sententias in rebus apud ipsos controversas dici posse probabiles, aut magis, minusve probabiles, juxta phrasim, & eam, quam dicunt definitionem Aristotelis. Atque hæc multis eodem pertinentibus prætermisissimè insinuasse suffecerit prius, qui libros Topicorum Aristotelis non legerunt, uti certissimum legerunt, qui Aristotelicam illam divisionem, ac descriptionem induxerunt in controversiam præteritam. Qui enim illos, vel saltem primum illorum librum legerunt, certò sciunt, & quasi palpantibus, probabile ab Aristotele sumi à trivè, ut dicitur supra, pro principio probationis incertæ, totumque ejus scopum, & opus in libris topicorum esse impedire probabilia, seu loca probabilium in omni genere, tanquam principia idonea ad confutandum in utramque partem contradictionis syllogismos insensibiles, hoc est, quibus pertrahi possit intellectus ad assensum utriusvis partis contradictionis, seu potius utramvis partem opinari.

ART. CII. Apud auctores autem Litterarum veteres, Sanctis quoque PP. comprehensis, quam recentis idem probabile sumitur passivè, ut insinuat dicebam supra, pro approbabilis, seu pro eo, quod approbare, & cui adhaerere, ac assentiri intellectu maximo potest, cum formidine tamen partis oppositæ. Ut autem res ipsa, de qua controversatur, in se distinetur distinctius, & vitaretur quæstio de voce, præsumimus, & hic, & in quæstione controversiam non procedere de usu licito opinionis prædictæ, quæ videtur fundamento magni momenti, magni vero, & positivè, & negativè, & absolute, & comparative, seu omnibus hinc, & inde, pro, & contra consideratis. Fundamentum magni hoc sensu momenti ducimus esse, quali prudens permoveri, & quali idem assentiri solet, quale plerumque non fallit, quod magis se habet ad verum, quam ad falsum; quod ita se habet respectu intellectus, sicut se habet respectu voluntatis motivum, quod nec inducit comparationem, nec permittit comparatione oppositi, necessitate morale, & tamen pollet vi pertrahendi ad se voluntatem omnibus, quæ occurrere cuique possunt, inde quaque consideratis. Huc igitur respiciere oportet, & videre, an opinio talis fundamenti sufficiens ad operandum innocenter, & honestè sine peccato, & cum laude, tametsi ad sit pro parte opposita fundamentum majus sive à ratione, sive ab auctoritate, absque ulla tamen certitudine ejusdem partis oppositæ; quidquid sit, an ejusmodi opinio dicenda sit probabilis, uti dicitur à nobis, an alio aliquo modo sit nominanda; Et an coincidat, vel non cum probabilitate, seu Aristotelica, seu Academica, aut a quolibet apud quoslibet alios. Nec enim est admodum curandū de voce, cum res ipsa pateat è sententia

Quod si quis conqueratur expositiones istas nostras opinionis probabilis non esse methodicas, & indigere altera vel alia expositione sui, ut quiescent intellectum, propterea que concludat eundem esse definitionem aliam Theologis hucusque inauditam. Reponam ego imprimis exemplum Philosophi, in commemorationis nuper duabus ejus definitionibus, in quarum altera exponit suum probabile relatè ad judicium commune, tum hominum, tum sapientum, & speciale sapientissimorum, sicut ego exponi relatè ad prudentem in altera verò exponit peritumque contingens, sicut ego exposui per motumque pletumque non fallens, & quod magis se habeat ad verum, quam ad fallum. Nec definiam suggerere monitum Philosophi, circa quod videri potest prima expositio D. Thom. lib. 2. eth. lect. 3. initio: Dicitur autem satis, inquit Philosophus, si declarabitur potest, atque subiecta materia postular. Ipsum enim certum non est in omnibus simili modo rationibus flagitandum. Et paulò post: Amabile igitur de talibus, & ex talibus dicentes grosse, & figuratè verum ostendere. Ac demum: Disciplinati enim est in tantum certitudinem querere secundum unumquodque genus, in quantum rei natura recipit. Proximè enim videtur, & Mathematicum persuadentem captare, & Rhetoricum demonstrationes experere. Deinde ea exceptatio solum videtur cadere posita ex expositionem, quæ recurrit ad virum prudentem. Reliquæ enim constant iusta forma cum suo genere, & differentia. Recurrit autem ad virum prudentem habet auctorem Aristotelem in rethor. lib. 2. eth. cap. 6. post med. ubi mediocritatem propriam virtutis exponit sic: Quæ quidem mediocritas ratione præfinita sit, atque ita ut prudens præfinita. Idem præfinitur, cap. 4. ante finem, exponendo sic iusta, & temperata, Res igitur iusta, & temperata dicuntur, cum fuerint tales, quales vir iustus, vel temperans egeret. Iustus verò vir, & temperans est, non qui hac agit, sed qui etiam ita agit, ut iustus, temperans solent. Ubi cogimur, ut videtur, recurrit similis nostro. Et quidem vir prudens utriusque adeo conspicitur, & tot, tantisque indicatam multipliciter præclara, ut quod relatè ad illam manifestatur, ipsa videatur claritate clarescere. Abiit verò, ut quisquam propterea relatè ad seipsum, quatenus suo sibi iudicio plaudentem de prudentia, libere velit, an fundamentum sit grave, seu magis momenti. Quoniam ita sibi defert, ac credit, stulto deest, ac credit, ut vulgò dicitur. Haud minus abstrudum esset, ut dum fundamentum grave, seu magis momenti exponitur relatè ad prudentem, prudens vicissim discernetur ab imprudenti, non per alia indicia, & propterea ejus prædicata, sed per hoc ipsum, quod solet moveri fundamentis magis momenti. Sic enim incidere in circulum vitiosum, faciliè aliòquin vitabilem. Denique expositiones istæ meæ, ac definitiones sunt exis, quæ unanimi consensu recipiuntur ab omnibus Theologis, qui egerunt hucusque de ista questione in terminis propriis, ita ut nullus repta dissentiat, licet quamplures illorū egerint de ea diligentissimè. Est autem præsumptio non contemnere, & abicere definitiones communiter, ac unanimiter receptas, & est patitur periculum in rebus præsertim moralibus inducere novas, ac singulares definitiones. Quia definitiones paradoxæ inducunt conclusiones paradoxas, quas nemo nescit in materia morum esse valde periculosas; & quod est cumulus mali, inde idem resultat pertinacia, & incorrigibilitas in doctrina, quia desiturus manu-

ductione legitimæ definitionis, à qua dependet tota series reliquæ doctrinæ, necessariò redditur incorrigibilis. Quod quale sit inconveniens, quisvis spontè videt, & repræsentat bene Gerson, part. 2. lib. de reg. moral. sub titulo de superbia, & vana gloria: Pertinacia, ait, in opinionibus, & actibus propriis, per quam quis non est paratus corrigi, damnabilis, & vix sanabilis est præsumptio, & dum in rectoribus aliorum, aut apud religiosum est, cuncta turbat, & perdit.

PARS SECUNDA.

De Argumentis ex defectu libertatis opinandi, & Physicæ, & Moralis.

Reproducitur Argumentum ex defectu libertatis ad speciem actus opinativi.

ART. CIII. TRANSEO jam ad argumenta olim proposita adversus nostram sententiam, & planè digniora, quæ attentè considerentur. Quæ enim prosequuntur hucusque sumus, trice potius fuere, & equivocationes, quam argumenta. Duæ autem sunt difficultates ex antiquis, circa quas potissimum de aliquæ novo superaddita fuere ponderationes, quarum altera peritur ex defectu libertatis circa actus opinativos inæquales; altera eademque majoris longè momenti peritur ex periculo peccandi, seu agendi contra legem, cui subest operatio conformis opinioni minus probabili, simulque minus tutæ. Quia verò circa neutrum intelligi illa ex parte possunt, quæ de novo superaddita, & superaddenda sunt, quin simul oculis ea etiam subiciantur, quæ dederamus jam in nostra questione, oportebit, ut nos illa patienter repetamus. Repetemus autem data opera verbosius aliquanto, ac fusius, quoniam advertimus nonnullos, & quidem non ad modum paucos facilius adduci, ut multalegant, quam ut multum considerent, quæ paucis comprehensa sunt lineis; sicut sunt, quibus placeat magis longum iter, sed planum, quam breve, sed arduum; atque ab huiusmodi genii, & ingenii hominibus injecta nobis est tota ferè necessitas de utroque eo argumento rescribendi, cum si voluissent, attentius ea considerare, quæ scripsimus prius, advertere faciliè potuissent, quomodo inde iis etiam satisficeret, quibus denud perstrepunt.

ART. CIV. Ad argumentum, quod attinet ex defectu libertatis, præmittendum est, libertatem circa aliquem actum esse duplicem, aliam contradictionis, aliam contrarietatis. Libertas contradictionis, quæ & libertas exercitii dici solet, necnon libertas ad actum, & ad omissionem actus, est potestas eliciendi, seu inducendi actum aliquem conjuncta cum potestate omittendi, ac suspendendi eundem actum. Libertas contrarietatis, quæ & libertas specificationis, & libertas quoad speciem actus dici solet, necnon libertas ad utrumlibet ex actibus invicem oppositis, ut opponuntur amor, & odium, affirmatio, & negatio circa idem, est potestas eliciendi, seu inducendi actum aliquem conjuncta cum potestate

potestate eliciendi, seu inducendi actum oppositum id est, actum vel contradictorium, vel contrarium circa idem objectum eliciendi. Dico utrobique, seu inducendi, quia potestas immediata voluntatis respectu proprii actus dicitur potestas eliciendi, mediata verò potestas ejusdem voluntatis, tum respectu alicujus proprii sui actus, tum respectu alicujus actus intellectus, alteriusve potentie subordinatæ voluntati, dicitur potestas inducendi talem actum per imperium. Certum jam est apud omnes inesse nobis libertatem exercitii, & contradictionis respectu cujusvis actus opinativi. Et ratio est, quia opinio ex suo conceptu se habet ad verum, & falsum, atque motivum opinandi proponitur cum fallibilitate, & cum periculo aliquo falsitatis, quæ est summum malum intellectus. Nulla autem potentia rapitur cum omni moda necessitate, nisi à puro suo bono, & ubi est admixta aliqua ratio malitiæ, eo ipso est adjuncta remora, & causa sufficiens, ob quam suspendi ab actu suo possit. Certum similiter præterea est apud omnes inesse nobis libertatem specificationis, & contrarietatis respectu cujusvis actus opinativi saltem indirectæ, & mediatæ. Quia postquam voluntas utens prædicta modo libertate sua exercitii, & contradictionis, suspendit omnem actum tam affirmativum, quam negativum circa objectum propositum cum ratione dubitandi pro utraque parte, potest utique applicare intellectum considerandis, ac promovendis rationibus utriusque partis, prout sibi placuerit, eundemque simul cohibere, quo minus actu consideret, ac promoveat rationes partis oppositæ. Hoc autem prædicto citò fiet, ut pars præelecta, seu magis perplacens nanciscatur cum apparentiæ, & verisimilitudinis gradum, ac excessum, qui abundè sufficiat ad assentiendum eidem demum parti. Verum hic modus indirectæ, ac mediatæ libertatis non est proprius, ac specialis respectu opinabilium, sed demonstrabilibus quoque communis. Notum namque omnibus est per experientiam manifestam, advocati ab unoquoque intellectum pro libito, & quotieslibet, quo minus consideret veritatem jam demonstratam, & rationes demonstrantes, quæ habentur sub prospectu, eandemque transferri ad considerandas, & omnibus modis promovendas rationes suas, & oppositum, atque hoc pacto unumquemque traduci pro libito à veritatibus, tum ex fide divina certis, tum evidentibus etiam jam agnitis, ut talibus, ad absurdissimos errores. Neque de hoc libertatis genere circa actus intellectus, sive certos, sive incertos, sive evidentes, sive obscuros, est ulla apud auctores controversia. Quapropter quicumque negata libertate specificationis, seu contrarietatis quoad actus scientificos, affirmant nihilominus eandem quoad actus opinativos, censendi eo ipso proculdubio sunt affirmare quoad actus opinativos libertatem specificationis immediatam, & formalem.

ART. CV. Quæstio itaque est de libertate ista immediata specificationis quoad actus opinativos. An videlicet voluntas possit imperio suo adigere, ac determinare intellectum, ut assentiatur utrilibet parti, prout ex aliis motivis propriis voluntatis eligere, ac impingere opinabundo ipsi placuerit, quoties adsunt, & habentur in prospectu rationes dubitandi pro utraque parte contradictionis, tametsi rationes unius partis sint efficaciores, & majoris momenti, quam rationes partis oppositæ? Sententiam affirmativam ejusmodi libertatis tenent communiter, qui nobiliscum consentiunt quoad usum licitum opinionis

minus probabilis, & minus certa, ut necesse est, minime sic singulos seorsum quoad hoc punctum tenere. Solus P. Suarez placet hic verba referre, quod non nemo illum tentavit in dubium revocare, ut tract. 2. in 1. 2. disp. 10. sect. 10. ponat illas duas conclusiones: Dico tertio: Quando judicium rationis est evidens non pendet à voluntate in speciem. Dico quarto: Quando intellectus non habet evidentiam de aliquo objecto potest moveri à voluntate ad potestatem actus. Qui autem opinatur, nunquam habet evidentiam de objecto, circa quod opinatur, ea ratione, sub qua de eo opinatur. Ergo ex sententia P. Suarez intellectus dispositus ad opinandum quocumque demum modo ad id dispositus sit, semper potest moveri à voluntate ad potestatem actus. Idem docet D. Thom. lib. 1. tit. 1. et 2. med. Ubi agens determinat de opinione, quæ quas versatur præterea nostra controversia principalis, nempe de opinionibus practicis, dicitur. Sed quia operabilia sunt contingencia, non agitur ratio ad assentiendum huic, vel illi, sicut agitur in demonstrativis, sed in potestate habet bonum, quæ agitur uni, vel alii parti contradictionis, sicut agitur in omnibus opinabilibus, & maxime circa operationes in quibus plurima attenduntur, secundum quod quolibet aliquid potest judicari bonum. Auger hanc sententiam exponit Aristoteles in libro de veritate: At si habitus ipsius aliquo modo sit oppositus causæ, erit & apparentia ipsi sibi quodammodo falsa. Quia videlicet imperium, seu motus voluntatis quoad opinandum evadit conforme in claudum habitus præexistenti, & propria cuiusque libertate acquisiti prius, atque huic deinde imperio, seu motui evadit necessario conformis apparentia, seu opinio hæc potius, quam opposita; itaque etiam immediatè, quod solum est proprium apparentium, & opinabilium; & non tantum mediè, ac per gyrum, quod in demonstrabilibus quoque potest, ut dictum est. Negant nihilominus communiter eandem hanc libertatem specificationis quoad actus opinativos, qui nobis contradicunt quoad usum licitum opinionis minus probabilis, & minus certum, atque inter alios promoveant sententiam præcipuo conatu, & fusc P. Mercatoris sua Basi. part. 2. ab art. 3. ad 8.

ART. CVI. Tria sunt præcipua hujus sententia negantis fundamenta, quibus ejus auctoritates probantur, quando in re incerta ex decessu evidentia, vel nullæ in alterutram partem concurrunt rationes, vel æquales utrimque apparent rationes, in ægutam partem posse intellectum inclinandum determinari, sive ex se, sive ex impetu voluntatis; quando verò rationes, seu probationes qualescumque sunt efficaciores, majoresque, monent per unam partem, quam pro parte opposita, tunc intellectum necessariò, ex imperio voluntatis, vel suspensum omnino sicut prius, vel ei parti assentiunt, pro qua militant probationes meliores; idque exponunt, nonnulli etiam probant exemplo bilancis, quæ licet in medio, sive insint utrimque æqualia pondus, ut neutram partem ullum pondus gravet, ut verò inclinetur in aqualia, ruit necessariò in eam partem, ad quam trahit majus pondus. Primum fundamentum sumitur ex auctoritate Aristotelis de anima, lib. 3. de anima, text. 133. Licet fingere pro libito quicquid volumus; opinari autem in nobis non est. Sæpius enim est verum, aut falsum dicere. Ubi pendetur primum negativa universalis, opinari nolo non est. Effer autem in nobis, si liberum nobis esset assenti

liber parti prohibito; sicut eligere media est in nobis iuxta veritatem, & juxta frequentem phrasim Philosophi, lib. 3. eth. cap. 1. 2. & 5. & alibi, non alia perfectio de causa, quia medium propositum prosequimur, aut rei citius pro libito. Ponderatur tamen causalis, necesse enim est, quae esset insufficientis, nil quae conferret ad intentum, nisi supponeret tantquam certum, ac indubitatum, neque verum esse posse, neque falsum, quin adfuerit ratio, vi cuius determinetur, & quasi alligetur intellectus ad alterum ex illis determinat. Hoc enim sublato opus potius verificaretur, nempe liberum est verum, aut falsum dicere.

Exponitur testimonium Philosophi de necessitate opinantis.

ART. CVII. **V**T appareat nil adversariis prodest hoc testimonium, confestim illud est cum alio simili ejusdem Philosophi testimonio in eodem opere de anima lib. 2. text. 60. ubi sic habet: Idcirco intelligere quidem est in ipso, non sentire; sentire autem non est in ipso. Necessarium est adesse sensibile. Ex quibus profecto verbis remanens intulerit, vel intelligere nostrum nulla prorsus necessitate esse restrictum, vel nullum prorsus intellectum libera electioni quoad ipsum sentire; cum sit manifestum, non esse liberum nobis ea etiam, quando voluerimus, intelligere, quia nullo modo sensu percipimus prius, nilque in intellectu esse posse, quod non fuerit prius in sensu; esse verò liberum nobis, album videre, vel nigrum, & tangere molle, vel durum, cum utrumque simul adfuerit. Quapropter solum subintelligitur discrimen libertatis quoad intelligere, & defectus libertatis quoad sentire, quantum sufficit ad concludendam, quae solam intendebatur, distinctionem intellectus à sensu, & quantum evincunt rationes utrobique adhibita; quatenus, ut vulgo dicitur, sensus dictorum recte colligitur ex rationibus dicendi, idque maxime in articulo iuste, ut in Aristotele. Sufficit autem ad concludendam distinctionem inter intellectum, & sensum quatenusque specialis libertas quoad intelligendum, quae eadem non detur quoad sentiendum. Concludunt verò specialem aliquam libertatem quoad intelligendum, ejusdemque libertatis defectum quoad sentiendum rationes pro utraque ea parte propositae à Philosopho. Quia videlicet universalis, quae sunt objectum intellectus, insunt quodammodo in anima, ex quo semel praehabita fuere illorum species, ideoque intelligi quando libet, & quatenuslibet possunt, siue adfuerint secundum se, siue absint objecta illa, ex quibus primitus emana verant species desiderantes ad eorumdem universalium abstractionem. At sensibilia sunt extra animam, nec illis semotis manent amplius eorum species intentionales, ac proinde sentiri eodem modo minime possunt prohibito, nisi adfuerit physicè quoties sentienda sunt. Sicut ergo hac ratione nil obstante superest nihilominus in nobis aliqua libertas quoad sensibilia, actusque sentiendi, ita etiam respectu opinabilium, & opinionum potest in nobis superesse aliqua libertas, nil obstante testimonio Philosophi nobis objecto, quatenus ratione, & scopo.

ART. CVIII. Scopus nimirum in illo loco est statuere distinctionem inter opinionem, & phantasia, seu imaginationem, sicut in loco priori inter intellectum & sensum. Ratio in hunc scopum est,

sicut in priorem, ex amplitudine libertatis ad imaginandum, & ex restrictione libertatis ejusdem ad opinandum. Imaginamur enim, quae, & quando, & qualiter placet, siue vera, siue falsa ea sint, ac appareant, id est, siue adfuerit aliqua, siue nulla prorsus adfuerit ratio, aut veritatis, aut falsitatis. Opinari autem nequaquam possumus, quin dicamus verum esse, aut falsum, affirmemus, aut negemus, quod opinamur: Ubi supponitur tanquam per se, aut per experientiam manifestam omnibus notum, ac indubitatum, nos nec verum aliquid esse, nec falsum enunciare, seu nec affirmare, nec negare quidquam posse, quin adfuerit ratio aliqua sic enunciandi; atque rationem talem non semper nobis adesse pro libito pro qualibet indiscriminatum conjunctione rerum, aut disjunctione. Unde liberum est imaginari montem aureum, hominem volentem, ipsum imaginantem jam mortuum, & similia; eadem autem affirmare non est liberum; sed si opinari circa ea libeat, necesse erit illa negare, quia ratio negandi praestit est, affirmandi, verò nulla est, idemque dicitur de negabilibus, & minime affirmabilibus eodem modo. Convincit itaque manifestè intentum ratio Philosophi iis solis admissis, quae sunt certa, ac indubitata apud omnes de amplitudine libertatis ad imaginandum, & de restrictione libertatis ejusdem ad enunciandum, seu opinandum. Quapropter sicut inaniter inde inferretur ulterius libertatem imaginandi nullam omnino pati restrictionem, atque adeo nos ea etiam imaginari pro libito posse; quorum nullas unquam species praehabuerimus per sensum externum; ita non minus inaniter inferretur defectum libertatis quoad opinandum esse talem, ut cum nulla eatenus libertate compatibilis sit, proindeque liberum nobis nunquam esse posse opinari pro libito utramlibet partem contradictionis, tamen si adfuerint simulationes sufficientes pro utralibet parte contradictionis, seu tam ad affirmandum, quam ad negandum. Perinde namque non dicit hoc secundum Philosophum, atque non dicit illud primum; & perinde certum est neutrum esse necessarium ad scopum ejus, ut patet ex dictis. Ac demum qualis debeat esse ratio, quae supponitur esse necessaria, tam ad dicendum verum, quam ad dicendum falsum esse aliquid, seu tam ad affirmandum quam ad negandum; an scilicet debeat esse praevalens exte, & efficacior, quam ratio partis oppositae, an illi aequalis, an evidens, & certificativa, an probabilis, & incerta; nec determinatur ibi à Philosopho, nec insinuat. Verum neque determinari, aut insinuari id ibi aut poterat, aut expediebat. Quia licet interpretes posuerint verbum, opinari; certum tamen est Philosophum ibi agere de enunciare, & existimare in genere, prout abstrahit ab existimatione, & enunciatione certa, & incerta; per se, & per aliud nota; prudenti, & stulta, ut patet intuitu contextum praecedentem, & maxime eum, qui subsequitur immediatè. Quia post rationem alteram distinctionis ejusdem inter phantasia, & enunciationem, seu existimationem, subdit sic: Sunt porro & ipsius existimationis differentia, scientia, & opinio, & prudentia, & quae his contraria sunt, de quorum differentia, alia sit disputatio. Patet autem agendo de genere complectente sub se differentias usque adeo inter se dissidentes, & indigas rationum aequè invicem diversarum, non potuisse, certe non debuisse determinari, vel etiam insinuari qualiter hanc potius, quam illam rationis requisita ad enunciandum, ac existimandum. Subinducunt igitur de

suo adversarii absque ulla fundamento in Aristotele rationem opinandi semper, ac necessario debere esse prevalentem ex se, & majorem simpliciter, quam sit ratio praconcepta partis oppositae. Prior in contrarium ponderatio ex art. 106. idem est defectuosa, quia in sermone comparativo, qualis ibi est sermo Philosophi, ad verificandam negativam de altero extremorum sufficit, si id, & eatenus illi desit, quod & quatenus affirmatum fuit de altero extremo. Affirmata autem fuerat libertas quoad imaginandum nullius indigere rationis, seu prevalentis, seu non prevalentis. Negatur igitur in nobis esse opinari, utique absque ulla similiter ratione seu prevalentia, seu non prevalentia, à quibus differentiis merito praescinditur. Altera ponderatio idem deficit, quia licet in opinante necessitas dicendi verum, aut falsum possit esse conjuncta cum aliqua eatenus libertate, & atque haec libertas sit itidem in tali materia inseparabilis ab aliqua necessitate, ut patet ex dictis, non tamen erat e re, ut quidquam diceretur de libertate, sed solum ut exprimeretur necessitas quatenus opposita amplitudini libertatis praessertim ad imaginandum, & qualem solum probat ratio subinducta ab ipso Philosopho, ut visum jam est. Praeterea utraque ponderatio patitur manifestam instantiam in altero illo testimonio à nobis expenso in articulo praecedenti, ut apparet consideranti, quae ibi notata sunt. Oportuit in eisdem verbis haec dicere propter adversariorum insistentiam in eo testimonio, cum testimonium ipsum, quantum est de se, nullo, aut vix ullo indigeat commentario, ut concilietur cum sententia assertiva libertatis quoad speciem actus opinativi. Nam ego ipse, qui ejusmodi libertatem affirmo eo modo, quem mox exponam, dico similiter de plano, & pleno ore pronuncio; Necesse est opinantem verum dicere, aut falsum, affirmare, aut negare, neque fieri potest, ut quisquam opinetur, quin verum, aut falsum dicat, affirmet, aut neget, & necesse rursus est adesse aliquam rationem ad dicendum, tum verum, tum falsum; tum ad affirmandum, tum ad negandum; neque liberum est verum dicere, aut falsum, affirmare, aut negare, sicut est liberum, quidvis imaginari absque ulla ad rationem. Quid tum ad propositum?

*Proponitur secundum, & tertium
argumentum ad-versus libertatem
opinandi.*

ART. CIX. **S**ecundum Adversariorum fundamentum est: Quia intellectus est potentia necessaria, atque centrum, seu proprium, & adequatum bonum ipsius est sola veritas. Omnis autem potentia necessaria necessario movetur ad suum bonum, ac centrum juxta solam prevalentem, ac efficacioris inclinationem prae viam ad illud. Ergo intellectus praeventus rationibus dubitandi in utramque partem, necessario adharet illi parti, pro qua fiat major apparentia veritatis, seu major, ac efficacior probatio.

ART. CX. Tertium fundamentum est. Quando pro utraque parte contradictionis proponuntur rationes invicem aequales, ad neutram potest determinari intellectus per imperium voluntatis. Ergo multo minus potest per idem imperium determinari ad eam partem, cui faveat minor ratio, seu cujus est probabilitas minor. Patet consequentia. Quia, cui est impossibile, quod minus est, seu ex

se minus difficile est, non potest esse possibile, quod intra idem genus est plus, seu ex se difficilius est. Patet autem esse quid minus, atque ex se minus, difficile flexere intellectum per imperium adversarii, ac efficacioris. Ergo si primum illud praedictum non possit voluntas imperio suo, multo minus poterit secundum praestare poterit. Antecedens probatur auctoritate, & ratione D. Thomae, quae 1.2. de ver. rit. art. 1. corp. post initium. Sic igitur intellectus non potest determinari per imperium adversarii, sed per imperium voluntatis, sicut in illis problematibus, de quibus tractatum est, quae movent ad utramque partem, & ista est dubitantis dispositio, qui fluctuat inter duas partes contradictionis. Quandoque vero intellectus inclinatur magis ad unum, quam ad alterum, sit tamen illud inclinatum non sufficienter movere utrumque ad hoc, quod determinet ipsum ad unam partem tantum, unde accipit quidem unam partem, tamen semper dubitat de opposita, & hac est dispositio dubitantis, qui accipit unam partem contradictionis, in formidine alterius. Ergo ex sententia D. Thomae impossibile est, ut quis opinetur aliquid determinate sub motivis in utramque partem aequalibus, est tam patenter impossibile, quam patenter appropinquabile est, ut qui est dispositus ad dubitandum, ex ipsa dispositione sit simul dispositus ad opinandum, si placeat opinari, id est, juxta partitionem suam expresse à D. Thoma, ut qui subest motum utramque partem aequalibus, eo ipso subest utrumque, eademque sine invicem aequalia, & inaequalia. Unde etiam fieret, quod non minus diffunditur, ut ligatus per idipsum, quo ligatur, liberaretur à ligamine, & solveretur, ipsumque ligamen esset solutio ligaminis pro solo beneplacito ligati. Neque dubitans comparatur ligato, & rationes dubitantis sunt ligamen, & similiter ratio opinandi est solutio. Audiat Aristot. lib. 3. Metaph. cap. 1. ubi non investigare volentibus praeter opem bene dubitare. Posterior enim investigatio priorum est solutio dubitationum. Solvere enim non est ignorantis vinculum, sicut mentis dubitatio: hoc de re demonstrat. Quamvis enim dubitat, eatenus simile quiddam ligatum patitur, utroque namque modo impossibile est ad alteram pervenire. Et ibi D. Thomas: Sicut enim qui ligatus est, non potest in anteriora procedere secundum viam corporalem; ita ille, qui dubitat quod habens mentem ligatam, non potest in anteriora procedere secundum viam speculationis; & idem fuit illi, qui vult solvere vinculum corporale, oportet, quod prius inspicat vinculum: & modum ligationis, ut illi, qui vult solvere dubitationem, oportet, quod prius inspicatur omnes difficultates, & earum causas. Impossibile igitur est, ut non superveniente ratione rationis majori, quam quae ligabat, suspendebaturque mentem, ligamen dubitationis dissolvatur, & erigatur opinio determinata in unam potius partem, quam in alteram.

ART. CXI. Ut his duobus argumentis plenius fiat, simulque praoccupentur quaedam alia difficultates circa idem ponderationes, expedit, ut nostram sententiam circa libertatem voluntatis quoad actus opinativos integrè ponamus ob oculos, praemonito tamen prius utrumque argumentum eadem ferè vi probetur ad-versus etiam libertatem contradictionis, seu contrarietatis. Quia quoad primum non minus est de conceptu

esse necessarium, ut moveatur, ac determinetur juxta inclinationem prævalentem, nec maneat suspensa nulla adversus ejus vim, quam ut maneat suspensa nulla in alteram partem ad mota inclinatione prævalenti. Quoad secundum verò, ejusdem rationis videtur esse, neutrum ex rationibus aequalibus juvare, ac promovere imperio posse, atque rationem majorem, prævalentem scire, & suspendere, eodem imminuere minime posse. Certè qui bilancem utrimque ponderatam in neutram partem manu trahere, neque inclinare possit, nec etiam tenere in medio, ac suspendere possit prægravante in alteram partem majori pondere. Sed jam rem ipsam absolute consideremus.

Asstruitur libertas specificationis quoad actus opinati-vos.

ART. CXII. **D**icendum est liberum esse in utramlibet partem opinari, atque adeo convenire nobis libertatem specificationis, seu contrarietatis quoad actus opinativos, quando cumque motiva utrimque apparentia ad opinandum sunt heterogenea, seu diversitatis, & se habent tanquam excedens, & excedendum, ita ut neutra ex parte excessus simpliciter sit evidens, atque omnino manifestus. Adde istas, seu limitationes, seu declarationes, alteram de heterogeneitate, seu dissimilitudine mutua motivorum, alteram de excessu alterius partis non evidenti, non manifesto, ac indubitato. Adde, inquam istas duas limitationes, non ea præcipue de causa, quia sententiam in utraque contentam censere esse veram, sed potius quia neutrius ejusmodi extremorum comparationis discussio quidquam confert ad punctum principalis controversiæ de utilitate opinionis minus probabilis. Fieri namque minime potest, ut ex opinionibus invicem contradicentibus altera sit magis, altera minus probabilis, si motiva opinandi utrimque sint similia, & aequalia; quandoquidem major, & minor probabilitas opinionis desumitur, & unice dependet ex majoritate, & minoritate motivi. Similiter fieri non potest, ut opinioniones invicem contradicentes, maneat ambæ probabiles apud eum, cui est evidens, & manifestum, ac indubitabile, alteram opinionem niti motivo absolute, & simpliciter, omnibusque hinc, & inde consideratis majori. Quia ad probabilitatem opinionis requisitum in proœmio à nobis fuit, ut nitatur opinio fundamento, & absolute, & comparative magno, id est, fundamento, quod non solum seorsum, & secundum se sit difficile solubile, & valide pertrahatur ad assensum, sed quod comparatum etiam cum fundamento oppositæ partis retineat adhuc vim magnam pertrahendi ad assensum. Quando autem fundamentum unius partis contradictionis evidens, & manifestum, atque omnino indubitabile est majus, quam fundamentum oppositæ partis, eo ipso fundamentum istud minus evadit parum sub ea comparatione, nec retinet amplius vim magnam pertrahendi intellectum ad assensum. Hac igitur de causâ do potius adversarius per modum suppositionis, quam asseram, & defendendum ex proœlio, suscipiam, nullam nobis inesse libertatem opinandi indifferenter in utramlibet partem, quando vel motiva utriusque sunt omnino similia, & aequalia, vel excessus motivi pro una parte est evidens, ac prorsus indubitatus. Similia porro, & aequalia non sunt apud me duo prædicata realiter inter se

distincta, aut ullo pacto separabilia, sed prorsus inseparabilia, & convertibilia mutuo, atque essentialiter idem, ut ostendi ratione efficaci, lib. 1. curs. Theol. quest. 44. ad 7. art. 2. & 3. eademque ratione, sed multo melius, & efficacius proposita, magisque comprehensa idem demonstrat ex proœlio D. Thom. lib. 3. contra gen. cap. 97. & quest. unica, de anim. art. 7. & pluribus ingeniose confirmat magnum olim Scholæ meæ decus Pater Eusebius Truchses, part. 3. Quodlib. 2. & in Miscel. Theorem. 6. ubi & exhibet discursum D. Thomæ verbis ejusdem. Dfferunt autem ratione nostra quatenus similia, & dissimilia dicuntur relatè ad conceptus nostros, alterum confusivum, seu indivisum, atque indistinctè abstractivum, alterum discretivum, seu distinctè representativum; aequalia verò, & inæqualia dicuntur relatè ad communem mensuram physicam.

ART. CXIII. Observandum præterea est, me non asserere, nec asserendum putare, sed rejiciendam potius libertatem ad opinandum utramlibet partem contradictionis in sensu composito judici de majori probabilitate unius partis, quam oppositæ; ita ut quis judicet fundamenta unius partis esse majora, habere majorem verisimilitudinem, eandemque partem tedere probabiliorem, quam oppositam; atque retento hoc judicio judicet nihilominus partem hanc oppositam esse absolute veram, tamen minus fundata sit, minusque virisimilis, & minus probabilis. Impossibile namque est, ut quod alicui videtur falsum, videatur nihilominus eidem similis vero, quam quod putat verum esse, sicut est impossibile, ut quis judicet esse similis albo, quod judicat esse nigrum, quam quod judicat esse album. Nec enim minus repugnat putatum falsum simul putari similis vero, aut putatum nigrum simul putari similis albo, quam quod putatur verum, aut album esse, quam repugnet falsum ipsum, ipsi verò, aut nigrum ipsum ipsi albo esse similis, quam verum verò, & album albo. Ita nempe se habet putare ad putare in eodem respectu eorundem sicut esse ad esse sub eadem comparatione, & compossibilia, atque incompossibilia in natura sunt pariter secundum suum formalem conceptum compossibilia, atque incompossibilia in mente quoad partem judicativam, quæ sola determinat res intentionaliter ad esse potius, quam ad non esse, & è converso. Unde quod apud nonnullos circumfertur nomine Aristotelis: *Multa falsa sunt probabiliora veris*, non est imprimis Aristotelicum sub his terminis, ac deinde est accipiendum de falsis in se, seu falsis re ipsa tantum, non verò de falsis apud eum, seu ejus estimatione, apud quem, seu ejus estimatione probabiliora sunt. Quem sensum exprimit distinctè Aristoteles, lib. 8. Top. cap. 4. paulo post princ. *Nihil enim prohibet alicui videri, quæ non sunt, magis, quam vera*, id est, verisimiliora reputari, non quæ falsa ab eodem reputantur, sed quæ tantum falsa sunt. Hinc nulla est inconsequentia, sed maxima coherentia in Patre Suae in 2. disp. 10. sect. 1. quatenus cum diserte statueret libertatem quoad speciem actus, quando deest evidentia de objecto, ut retulimus supra, art. 105. paucis interjectis subdit: *Mihi probabile est non posse moveri (intellectum à voluntate) nisi in illud, quod verò similis, & probabilis apparet*. Ex suppositione nimirum, quod verò similis, & probabilis judicetur, seu appareat enunciativè. Alioquin enim dirueret ista sua limitatione illam suam conclusionem in eodem contextu proxime positam, ut patet attentè consideranti, & perinde esset, atque si subdidisset: *Mihi probabile est*

conferetur aliqua conditio, per quam emineat, & magis
faciat in ipsum, quam in aliud, & eadem ratione. Sub-
dit Cajecanus, proposito voluntatis aliquo eligibili emi-
nenti alius non necessitatur voluntas ad eligendum illud,
quia potest movere ad considerandum in altero aliquid
aliud, quo praestet, & sic illud eligere. Cum igitur ex priori
textu asseratur à D. Thoma similitudo intellectus, &
voluntatis ex parte objecti id est, quoad motionem,
ac determinationem provenientem ex objecto; at-
que ex duplici posteriori testimonio constet, ad li-
bertatem, ac indifferentem electionem voluntatis inter
opposita sufficere excessum intellectus, & voluntatis
inter utrumvis, concluditur planè, ex mente D.
Thomae sufficere similem excessum mutuum moti-
vorum intellectus, ut hic parum cum libertate, ac in-
differentia determinetur per imperium voluntatis
ad utrumlibet illorum. Verum nil necesse est indu-
cere mentem D. Thomae, quando ea directè, ac im-
mediate nobis faveat non solum in loco superius indica-
to. Sed etiam in 2. in præallegata quæst. 17. art. 6.
corp. alius autem rationis actus est, ait, dum his, quæ apprehen-
ditur, assentit. Si igitur fuerint talia apprehensa, quibus
naturæ intellectus assentiat, sicut prima principia, assen-
suum, vel dissensum non est in potestate nostra, sed in or-
dine naturæ, & ideo propriè loquendo, naturæ imperio
faciet. Sunt autem quedam apprehensa, quæ non adeo
conveniant intellectui, quin possit assentire, dissentire, vel
solum assensum, vel dissensum suspendere propter aliquam
causam, & in talibus assensus ipse, vel dissensus in potestate
nostrâ, & sub imperio cadit. Videsio his expensam
jam superius contrapositionem scibilium, & opina-
bilitum cum affectione potestatis indifferentis circa
opinabilia, quæ negatur circa demonstrabilia, ac
proinde potestatem hanc indifferentem asseri circa
opinabilia non indirectam tantum, & per gyrum,
sed etiam directam, & per lineam rectam juxta
animæ directionem superius præmissam. Vides pote-
statem eandem opinandi asseri sub eodem individuo
contextu verborum, & eundem disjunctionis formula
propterea eadem, adeoque in eodem procudubio
sensu, tum ad assensum, vel dissensum tum ad ut-
rumvis, vel ad utrumvis suspensionem; hoc est in
eodem modo individuum, ac uniformem asseri li-
bertatem, tum exerciti, quæ est potestas indiffe-
renti ad actum, vel suspensionem actus, tum specifi-
cationis, quæ est potestas ad actum aliquem, vel ad
oppositum actum, ut puta assensum, vel dissensum.
Indubitatum igitur cum sit convenire nobis liberta-
tem exerciti directè respectu cuiusvis opinativi; si
ad hoc nihilominus negas, aut etiam dubitas tantum,
existensia D. Thomae convenire itidem nobis li-
bertatem directam specificationis quod actus opi-
nativos, exerceas utique libertatem majorem, quam
quæ à me asseritur, & à te negatur, vel certe uteris
libertate indirecta distrabendo intellectum, à con-
sideratione sensus legitimi, ac manifesti verborum
D. Thomae, ad ratiunculas tuas.

Art. CXVI. Prætermittenda minimè est circa
eundem textum D. vi Thomae ratio disjungendi po-
testatem ad assensum, vel dissensum à potestate ad
utrumvis eorum tantum, vel ad utrumvis suspensio-
nem, & aque uterque ratio utramque potestatem uni-
formiter asserendi, & utrobique uniformiter subji-
ciendi imperio arbitrario, ac libero determinatio-
nem intellectus ad alterutrum ex extremis utriusque
eius binarii. Contingit adesse motivum fallibile af-
ferendi, quin simul adsit motivum ullum dissen-
tendi; aut è converso; & tunc haberetur in potestate

assensus tantum, vel suspensio assensus, aut dissensus
tantum, vel suspensio dissensus. Contingit etiam ad-
esse simul motivum assentiendi, & motivum dissen-
tendi circa idem cum fallibilitate, & mutua aliqua
dissimilitudine utriusque motivi; & tunc haberetur in
potestate assensus, vel dissensus, necnon suspensio
utriusque. Ex genunciat tibi famulus plerumque ve-
rax, nec nimis credulus imminere amico tuo præsens
periculum vitæ, ni cito illi subvenias, uti potes cum
aliquo, sed cum minori periculo tuo; & nemo com-
parat, qui dicat oppositum, nec tibi occurrit ulla ra-
tio in contrarium. Habes hucusque in potestate as-
sensum, & suspensionem assensus, non autem dissen-
sum. Supervenit amicus tuus alius cætera similis fa-
mulo, sed non admodum bene affectus erga amicum
asseritum periclitantem, dicit se adfuisse in loco simul
cum famulo tuo, & negat ullum amico illi imminere
periculum, vel negat subvenire te posse absque ma-
jori periculo tuo. Habes jam in potestate assensum,
vel dissensum, tum periculi amico imminenti, tum
honestatis, ut illi subvenias, & habes similiter in po-
testate suspensionem assensus simul, & dissensus. Ra-
tio igitur disjungendi potestatem ad assensum, vel
dissensum à potestate ad utrumvis, vel ad utrumvis
suspensionem est possibilitas occurfus motivorum
utrovis ex his duobus modis.

Art. CXVII. Pergo ad alteram partem de uni-
formi affectione utriusque ejusmodi potestatis. Oni-
nes incunctanter conveniunt cum D. Thoma quoad
asserendam liberam potestatem ad assensum, & sus-
pensionem assensus, (& sic de dissensu, ejusque sus-
pensione) quando adest motivum fallibile assentiendi,
nullumque simul adest ullius generis motivum ad
dissentendum. Ratio autem indubitati omnium
eatenus consensus non alia esse potest, quam quia
motivum fallibile est motivum biceps, habens perfe-
ctionem aliquam, ratione cujus gignit apparentem
possibilitatem, & fundat spem aliquam allequendæ
veritatis, si intellectus sibi adhæreat, ac conformetur,
& simul habens aliquam imperfectionem, ratio-
ne cujus gignit apparentem falsitatem, & fundat ti-
morem incidendi in falsitatem sub eadem conditio-
ne. Cum autem intellectus æquè propendat in veri-
tatem, & abhorreat à falsitate, stare necesse est,
quantum est de se sub tali motivo, siquidem est po-
tentia de se necessaria, & nil adest, quod necessitet,
seu cum necessitate determinet, eademque ratione
necesse est, ut idem intellectus sub eodem motivo sit
determinabilis per imperium voluntatis, tum ad as-
sensum, tum ad suspensionem assensus, prout magis
libuerit, quandoquidem intellectus est potentia
subordinata voluntati, atque per ejusmodi motivum
est sufficienter disposita ad utrumlibet eorum extre-
morum. Accedat jam motivo illi fallibili assentiendi
motivum aliud itidem fallibile dissentendi cum an-
cipiti excessu mutuo alterius supra alterum moti-
vum. Dico adesse jam eadem propterea ratione po-
testatem indifferentem ad assensum, & dissensum, &
ad utriusque suspensionem, quanta prius aderat ad
assensum solum, & ad suspensionem assensus; Quia
ex vi novi apparet tanta plus minus possibilitas, &
spes attingendæ veritatis per dissensum, quanta prius
apparebat possibilitas, & timor incidendi in falsita-
tem per assensum. Fieri igitur non potest, ut ratione
hujus periculi, & timoris suspensio assensus compa-
rati cū assensu ipso subesset libero imperio voluntatis
pro priori eventu motivi fallibilis solitarii; & non si-
militer subesset imperio libero actus dissentendi com-
paratus

rus cum actu assentiendi ratione illius possibilitatis, & spei pro posteriori eventu concursus motivorum invicem oppositorum cum anticipi excessu mutuo. Eadem igitur ratione, qua apud omnes est indubitata libertas exercitii, admitti quoque ab omnibus debet libertas specificationis quoad actus opinativos, suppositis proportionaliter supponendis, uti perspicui clare potest in exemplo nuper proposito art. 116. Optimo proinde consilio D. Thomas eadem individua, ac uniformi assertionione complexus est libertatem ad assensum, & dissentium, necnon ad utrumvis eorum, & ad utrumvis, necnon utriusque suspensionem sub motivo, seu motivis non convincentibus intellectum.

Ultior probatio libertatis opinandi ex libertate ad credendum Deo, necnon ad iudicandum de proximo.

ART. CXVIII. **S**ubjungo superiori discursui duplex argumentum convincens, nisi fallor, à fortiori. Primum sumitur ex libertate respectu fidei divinæ. Respectu actus fidei, quo credimus Deo, datur libertas specificationis, atque intellectus potest determinari imperio voluntatis, ut rejectis argumentis, & motivo fidei divinæ sibi sufficienter propositis assentiat utriusque hæresum, & errorum. Ergo potest similiter determinari intellectus imperio voluntatis, ut assentiat motivo minoris re ipsa probabilitatis præ motivo probabilitatis re ipsa maioris, ac proinde datur libertas specificationis ad opinandum in utramlibet partem sub motivis fallibilibus invicem disparibus disparitate exposita prius. Consequentia tenet à fortiori. Quia nullius opinionis probabilis motivum potest superare tanto cum excessu motivum cuiusquam alterius opinionis verè probabilis apud ipsum opinantem, quanto cum excessu superant argumenta, & motivum fidei Catholicæ, rationes omnes, & motiva hæresum, errorumque oppositorum, ut est in confesso apud omnes Catholicos, & apparet clare ex iis, quæ diximus lib. 6. curs. Theolog. quæst. 18. Antecedentis veritatem ostendi peculiari fundamento in eodem libro quæst. 27. Addo nunc suffragium. D. Thomæ, & communem consensum Theologorum D. Thomas 2. 2. quæst. 1. art. 4. dicit sic. Assentit autem intellectus alicui dupliciter. Uno modo, quia ad hoc moveatur ab ipso objecto, quod est per se ipsum cognitum, sicut patet in principis primis, quorum est intellectus; vel est per aliud cognitum, sicut patet de conclusionibus, quorum est scientia. Alio modo intellectus assentit alicui, non quia sufficienter moveatur ab objecto proprio, sed per quandam electionem voluntariè declinans in unam partem magis, quam in aliam. Et siquidem hoc fit cum dubitatione, & formidine alterius partis, erit opinio. Si autem sit cum certitudine absque tali formidine, erit fides. Ubi manifestè attribuitur liberæ electioni voluntatis non solum, ut intellectus propositio motivo fidei declinet, vel non declinet ad actum fidei, sed etiam quod ad eum actum declinet potius, quam ad actum oppositum, idque traditur esse commune actui opinionis, prout à nobis modo intenditur. Quod autem Divus Thomas hic non agit de libertate indirecta tantum, quatenus voluntas potest divertere intellectum à consideratione argumentorum, & motivi fidei, eundemque applicare ad consideranda seorsim motiva

errorum, & sic demum inducere in actum credendi, & errandi, patet ex contrapositione necessitatis respectu scibilium, quam immediate determinari ad actum potest intellectus indirectè contrarium, si abstrahatur à consideratione demonstrationum, & applicetur ad solam contrarietatem philosophatum, vel testimoniorum considerationem. Loquitur ergo D. Thom. de libertate directa ad credendum, & discredendum, dum intellectus actualiter considerat rationes, & motivum credendi, estque proximè dispositus ad credendum, succedat primum voluntatis imperium per liberam electionem ejus partis, præ opposita. Idem habetur quæst. 2. art. 1. ad 3. Intellectus credentis, ait, determinatur ad unum non per rationem, sed per voluntatem, & idem assensus hic accipitur pro actu intellectus, secundum quod à voluntate determinatur ad unum. Præterea D. Thomam in his questionibus de fide agere de libertate ad ipsam non indirectè, ac remota, sed de directè, ac proxima, dum actualiter considerat motivum proximè sufficiens ad credendum, manifestè inibi quam clarissimè S. Doctor quæst. 1. art. 1. ubi cum in corp. præmisisset. Ipsum autem credendum actus intellectus assentientis veritati divinæ ex imperio voluntatis à Deo mota per gratiam. Deinde ad 2. addit expositionem istam. Dicendum quod in scientia non possunt considerari, scilicet ipse assensus scienti ad rem scitam, & consideratio rei scite. Assensus autem scienti non subijcitur libero arbitrio, quia scienti cognitum ad assentiendum per efficaciam demonstrationis; & alioquin scientia non est meritioris, sed consideratio actualis scientiæ subijcitur libero arbitrio. Est enim in potestate hominis considerare, vel non considerare; & idem consideratio scientiæ potest esse meritiora, si referatur ad finem charitatis, id est ad honorem Dei, vel utilitatem proximi. Sed in utrumque subijcitur libero arbitrio, & idem quantum ad utrumque actus fidei potest esse meritioris. Quia post hæc omnia per subtilissimos interpretationum circuitus molitur D. Thomam, aut nobis subtrahere, aut ad oppositam trahere sententiam, non is sincere illum reveretur, sed genuflexus colaphizat. Certe Capitanus accuratus interpres, & fides allecia Angelici Præceptoris, usque adeo non diffidet libertatem specificationis quoad actus fidei, & opinativos, ut plus etiam illi indulgeat, quam patet, ut perspicui potest ex 1. 2. q. 65. ad art. 4. & Mag. S. Thomam pugil. acer controversiarum Thomisticarum tam libertatem quoad actum fidei ita tradit, ut loquente potius tanquam indubitata, quam probabile videatur 2. 2. disp. 3. art. 1. Et P. Luisius Tertius disput. 29. dub. 1. eandem dicit esse communem sententiam, & sibi certam, & expressè docet à D. Thomam.

ART. CXIX. Quoad communem auctorum consensum prolixitatis vitandæ gratia, exhibeo istem fidei dignum P. Suarez. Theolog. 1. 1. disp. 6. sect. 6. num. 3. ubi sic habet: Nihilominus communis sententia est, ad credendum præferri fidei divinæ, & infusæ, necessarium esse actum voluntatis, qui determinet intellectum ad credendum. Atque relictis auctoribus, subdit: Et est vera, & certa sententia, quam tribus propositionibus breviter declaro, & confirmo. Dico ergo primo actum fidei esse liberum, non solum quoad exercitium, sed etiam quoad specificationem. Quam conclusionem probat efficaciter ex Sacra litteris, & Conciliis, & ex communibus PP. consensibus, ac demum confirmat, quia infidelitas necesse

potam, & premium fides, quæ duo sunt certa ex fide, ex qua item certum est, nec meritum, nec demeritum absque libertate, & indifferentia dari posse. Neque verò movere quemquam debet, quod præterea in conclusione distinctè posuerit libertatem exercitii, & libertatem specificationis, deinde in probationibus indistinctè loquatur de utraque. Id enim facit iure optimo propter rationem à priori uniformitatis quoad utramque libertatem cæteris paribus, quæ paulò prius expensa à nobis fuit art. 117. Præterea licet circa res alias aliquando contingat suspendi assensum, quin subinducatur dissensus circa idem, aut assensus circa oppositum, in negotio tamen Religionis, & propositione fidei catholice id non contingit, & censeo ne quidem contingere ullo pacto posse. Quia quicumque resistit fidei catholice, nec volunt eam sibi sufficienter propositam amplecti, id faciunt propter contrariam ad errores, quibus sunt innutriti, adhesionem, nec fieri potest, ut quisquam rationis compescat nullius sui ultimi finis realitati sibi sufficienter proposita assentiri, quia ea ipsa electio necessaria præsupponeret intentionem efficacem ultimi finis quasi in genere iuxta dicta cum D. Thoma *1. 2. art. 1. quest. 1.* Atque hæc intentio, proposito hoc, & hoc ultimo fine in specie, quam veri ultimi finis propositionem continet in se propositio fidei catholice, necessario inducit electionem alterutrius utriusque, in quo figat assensum, & quem præfigat vitæ suæ, sicut quælibet intentio finis cuiusvis particularis inducit necessario electionem alicuius ex mediis propositis in ordine ad illum, nec nisi per electionem unius reliquorum electionem suspendere potest. Sed de hoc alibi fusius. Sufficit nunc pro re nostra, Augustinus exprimens ejusmodi libertatem, inter indeliberatam, & fidem *Epist. 49. quest. 2. paulò ante finem.* Multi in eius (Christi) corporali presentia fuerunt, qui in eam, nec suscitatis aliquo mortuis, credere voluerunt, quales nec etiam multos videmus, cum tanta manifestatione illis compleantur præconia Prophetarum, nolle adhuc credere, & malle humana astutia resistere, quam clara, atque perspicua, tamque sublimi, & sublimiter diffamata credere auctoritati. Ubi humana astutia resistere, nil est aliud, quam contradicendo fidei, sufficienter utique propositæ cum facultate proxima illi assentendi, humanis potius rationibus adherere, ac assentiri. Quæcumque igitur probant libertatem credendi Deo, æqualiter, ac indivisim probant libertatem contradictionis, & contrarietatis, idque iure optimo supposuit P. Suarez, uti etiam de D. Thoma dictum est superius. Libertatem, inquam, credendi, quia testimonia omnia sacra, quæ habentur de hac plurima, & clarissima, loquuntur de credendo expresse, deque ipso actu credendi, & non tantum de libertate ad audiendum, legendum, considerandum ea, per quæ deveniri potest ad actum credendi. Est autem violenta, & valde periculosa alienatio verborum Sacra Scriptura, Conciliorum, & SS. PP. dum quæ dicuntur de aliquo actu cum expressione ejus, transferuntur ad ea quæ sunt mediata, ac remota respectu ejusdem actus. Hoc enim pacto vix quidquam remaneret certum, ac fixum in Sacra Doctrina. Nemo profectò dixerit, absolutè, & sine addito digestionem cibi, respirationem, pulsationem esse liberam nobis, & subesse imperio voluntatis, & tamen sub sunt illi mediata, quia liberè sumimus cibum, & sumus physice liberè, ut nosmet ipsos occidamus.

ART. CXX. Adminiculatur libertati fidei di-

Pars II.

vinæ libertas fidei humanæ, & consensu Doctorum circa illam consensus hominum circa istam, & utrumque accrescit auctoritas sententiæ nostræ. Videtur enim verò hunc esse innatum hominibus sensum, se esse invicem liberos, ut utrumlibet dicentium opposita accommodent fidem pro libito. Argumento imprimis est, utrumque ex volentibus persuadere opposita, præcipuo conatu in hoc incumbere, ut conciliant sibi benevolentiam auditorum, quam patet ad hoc quæri, ut imperium voluntatis determinet intellectum ad præstandam fidem huic potius parti, quam oppositæ. Et quidem apud Rhetores Aristotele priores ea, fuit præcipua, ac ferè unica sollicitudo, præceptionumque materia, ut testatur Aristoteles ipse, multumque detestatur *lib. 1. Rhet. cap. 1. post initium*, & claudit detestationem dicens. Non enim oportet in iram, aut invidiam, aut misericordiam impellendo, à recto iudicem seclivare, ne similes ei simus, quis eam, quæ usurus est, regulam prius insitit: Nil autem id noceret, si non esset penes voluntatem, ut posset impellere intellectum in eam potissimum partem, in quam ipsa esset præinclinata. Retinuit nihilominus Aristoteles quamquam modificatam eam industriam captandi benevolentiam pro obtinenda victoria in assensu iudicis, dum dicit *cap. 2. proxime sequenti.* Harum igitur, quæ ratione parantur, persuasivum tria sunt genera. Nam alia sunt in moribus eius, qui dicit: alia in audire modo quodam afficiendo: alia in ratione ipsa, cum demonstramus, aut demonstrare videamur. Hæc autem secunda ars iudicis modo quodam afficiendi, si ad hoc tantum valere posset, ut applicaret ad considerandas rationes adversarii, non nisi apud pravum, & iniquum iudicem habere locum posset, & tamen traditur exercenda in omni iudicio, atque in familiaribus quoque persuasionibus idem ab omnibus præstatur communiter, tametsi agatur cum homine summæ probitatis, & existimato inflexibili, quominus æquè attendat ad rationes utriusque partis. Addit mihi Aristoteles ex tribus propositis generibus extremum utrumque, & mores, & rationes dicentis augere probationem, adeoque conferre ex parte objecti ad obtinendum assensum auditoris. Quod cum verificari minimè possit de medio genere excitationis affectus, superest, ut hic conferat ad idem ex parte principii determinando intellectum per imperium ad eam partem, in quam prævaluerit affectus, licet non prævaleat ratio. Propter seipsos autem auditores credunt, inquit Aristoteles, cum oratione in affectum impelluntur. Non enim similiter iudicium reddimus, cum dolemus, & cum letamur, & cum diligimus, & cum odimus; nempe tametsi de cætero rationes iudicandi eadem æquè bene possideamus. Deinde accidit frequenter eodem idem referente, duobus dispariter affectis, alterum dicere, ego nolo credere quidquam, & puto esse falsissimum, alterum vero, ego omnino volo credere, & puto esse verissimum; usurpaturque vulgo volo, & nolo in credendo, & discrepando, perinde atque in aliis operationibus certò subordinatis imperio voluntatis, & contradicentiæ, & contrariæ. Contingit demum similiter, ut multa alia prætermittam, duobus uni, eidemque narrantibus opposita, alterum ab illo repellere, alteri fidem præstare, atque eum, qui repulsus fuit, conqueri de injuria sibi irrogata dicendo; noluit iste mihi credere pro veritate, clariori, majorisque probitatis, & voluit potius adherere humuncioni inferioris, quoad omnia conditionis: O, quantum potest malus, vel bonus affectus, &c. Videtur planè neminem his, aliisque

F 3

ejusmodi

ejusmodi permultis in rem nostram exemplis resistere, & circa ea cavillari, nisi proterviter posse, & exercendo (ut hoc iterum exprobrum) ad tuendum positum, eam libertatem, quam dari negat, aut etiam majorem. Quod ipsum jure optimo dixerit circa testimonium S. P. N. Ignac. in aurea epist. de virt. obed. §. 9. ubi clarissimè suffragatur assertæ à nobis libertati quoad fidem divinam, & humanam, omnemque opinionem juxta planum, spontaneum, ac proinde legitimum sensum verborum ejus, quæ talia sunt. *Quæ vis animi* (intelligentia) *tametsi non ea, quæ voluntas pollet, libertate pradita sit, atque ipsa natura fertur ejus assensus in id, quod sibi veri speciem præbet. tamen multis in rebus, in quibus videlicet cognita veritatis evidentia vim illi non infert, potest voluntatis pondere in hanc partem potius, quam in illam inclinari: Cum multis aliis inferius, & superius eodem efficacitèr conferentibus.*

ART. CXXI. Alterum argumentum convincens quasi à fortiori fumiur ex libertate bonè, & malè judicandi de proximo. Quæ præcipiuntur nobis, sub sunt utique libertati nostra. Quod est principium celebre Augustini, persèpè ab eo repetitum adversus Manichæos. Præcipitur autem nobis, non solum ut suspendamus judicium, sed etiam, ut si quidem judicare, velimus, interpretemur in meliorem partem, quando occurrit dubium de bona, aut mala operatione, ac præsertim intentione proximi, ut apparet ex illo Christi Domini Matth. 7. 1. Nolite judicare, ne judicetur de vobis. In quo enim iudicio judicaveritis, judicabitur de vobis. & quæ mensura mens fueritis, remetietur vobis. Quæ sic legit, & exponit Aug. alt. lib. 2. de sermone Domini in Monte: Hoc loco nil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Et tanè, si ita liberum nobis esset judicare, vel non judicare de proximo in dubiis, ut non etiam esset liberum judicare bonè, vel malè, finistrè, vel benignè, pro, vel contra, perperam diceretur, quo iudicio, quæ mensura. In his enim verbis clarè supponitur in nostra esse potestate, non solum judicare, & non judicare, metiri, & non metiri, sed etiam sic, vel sic, & metiri, & judicare; ita ut habeatur in potestate duplex, & mensura, & iudicium. Quare in priori verbo: Nolite judicare, intelligitur cum Augustino, in deteriore partem. Nec enim prohibemur judicare in meliorem partem. Ergo in dubiis, & opinabilibus non solum sumus liberi libertate contradictionis, sed etiam contrarietatis, seu & exercitii, & specificationis. Videri potest in eandem rem idem Augustinus in expositione quarundam propositionum ep. ad Rom. c. 79. ad illud: Tu quis es, qui iudicas? Quod si liceret illud præceptum, nolite judicare, retrahere, ac restringere ad solam considerationem rationum pro, & contra proximum, atque dicere præmissa de facto consideratione rationum hinc, vel inde, vel utrimque pugnantium, nullam jam amplius nobis superesse libertatem; nec vigere adhuc specialem obligationem præcepti quoad actum ipsum judicandi, qui in eo exprimitur, liceret utique retrahere similiter hæc præcepta: non occides, non concupisces, & sic de aliis, ad motiva, & circumstantias inducentes proximam possibilitatem occidendi, fornicandi, &c. atque dicere posita ea possibilitate proxima nullam jam superesse libertatem, & obligationem quoad actum ipsum occidendi, fornicandi, &c. qui exprimitur in præceptis. Quod tamen quales sit, nemo non videt. Si autem dicas, adesse rationem disparis intelligentiæ ex par-

te materiæ, dictum id erit ex præjudicio in oblique ullo prætenitæ differentiæ vestigio in textu sacro, & ne fas, non verò Evangelio, uti par est, cereretur tum nulla clara, & coactiva ratione præmunitum; tum nec ulla per se satis idonea, ut apparet ex dictis, ac dicendis.

ART. CXXII. Longè aliter procedit hæc in re D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 3. & 4. Ubi agit de iudicio ex suspitione, & de dubiorum interpretatione circa proximum, atque inducto præjudicio apud Matthæum testimonio, & hoc alio ad Rom. 14. qui non manducat, manducantem non iudicat, agnoscat quælibet tatem, & peccatum in actu ipso judicandi, & non in solis præambulis considerationibus. Exponit legere, & considerare totos illos articulos duos, ex quibus ego hæc ad specimen excerpo. Dicitur itaque art. 3. corp. alio modo provenit (iudicare ex levis indicis). Ex hoc, quod aliquis malè afficitur, aut trahitur, vel invidet ei, ex levis signis opinatur mala de ipso. Quia nunquid facilius creditur, quod opus sit de aliquo gravi est peccatum mortale. Ad 2. ex hoc, quod aliquis malam opinionem habet de alio sine causa sufficienti, indebitè contemnit ipsum, & idè superius in art. 3. corp. repetit postremam istam periodum Et addit: Et idè ubi non apparent manifestæ malitiae alicuius, debemus eum, ut bonum habere, in meliorem partem interpretando, quod dubium est. Deinde in respons. ad 1. subdit auream, & ab omnibus receptam merito rationem à priori: Melius est, quod aliquis frequenter fallatur, habens bonam opinionem de eo, quo malo homine, quam quod rarus fallatur, habens malam opinionem de aliquo homine bono. Quia ex hoc fit iura alicui, non autem ex primo. Ac deinde ad 2. alio modo interpretatur aliquid in bonum, vel malum, distinguendo, sive determinando: & sic in rerum iudicio dicitur aliquis niti ad hoc, ut interpretetur nunquamque iudicandum quod est in iudicio autem personarum, ut interpretetur in melius, sicut dictum est. Prævalet ergo nobis quæ imperium voluntatis, ad quam solam directè pertinet ratio debiti; nec motivum prævalens diligit intellectum, ut non possit, nec debeat voluntas niti illum inflectere ad partem oppositam. Dixi, hoc argumentum convincere quasi à fortiori: Quia iudicium temerarium contra proximum, quod prohibetur præcepto à nobis ponderatur nitiur levis indicis, adeoque concipitur adversus motivum prævalens quoad intellectum secundum se.

Exponitur, an, & quando elidant se mutuo, vel non mutuo motiva opponendi invicem opposita.

ART. CXXIII. **E**x asserta opinandi libertate, & ex præmissa à nobis expolitæ

oppositio ejus apparet satis, motiva invicem opposita, simulque invicem dissimilia, quorum utrumlibet comparatur cum altero tanquam excedens, & exceditur abique evidentiā excessus simpliciter pro alterutra parte, non elidere se invicem, neque mutuo, neque non mutuo. Quia elidi unum motivum per aliud nil est aliud, quam motivum, quod eliditur, ita enervari, ac exinaniri, & quasi annihilari, ut omnem prorsus amittat vim proximam permovendi, ac determinandi intellectum, perinde omnino, ac si non adesset, seu non proponeretur intellectui. Patet autem neutrum ex motivis invicem oppositis, quorum utrumlibet potest movere in actu secundo, atque determinare intellectum accedente imperio voluntatis, ita enervari, ac exinaniri per alterum. Cum ergo consistit intellectum moveri, & determinari, utrumlibet ex ejusmodi motivis; constat utrumque neutrum ex iisdem motivis elidi per alterum. Expedire nihilominus id plerumque exponere, & confirmare ad repellendum, & retorquendum cohatum adversariorum in contrarium. Dico igitur consequenter ad ea, quae praemissi praecedenti discursui de libertate opinandi, probationes, & argumenta pariter invicem adversantium elidere se invicem, si sunt omnino similia, ejusdemque prorsus rationis; elidere vero se mutuo, si contingat ea simul esse omnino aequalia inter se, si minus non mutuo, si vero probationes, & argumenta sint invicem dissimilia, & diversa hinc, & inde rationis, vel adaequata, vel saltem inadaequata, nunquam se elidere mutuo, sed neque non mutuo, nisi excessus simpliciter ex una parte sit omnino manifestus, ac indubitatus. Distinctionem istam motivorum similium, & dissimilium, & excessus ex una parte certis, ac incerti nulli latius advertantur; & multo minus utilitatem ejus, ac momentum agnoscunt pro praesenti controversia; tamen si & distinctionem adhibuerint, & ejus utilitatem suaverim sufficienter in quaestione mea. Inde effectum est, ut iisdem adversarii nostri triperint in eptre pro toto genere qualiumcumque probationum, & argumentorum, quae ita conveniunt elisionem concessam in priori parte nostrae conclusionis, ut simul repellant elisionem negatam in posteriori parte ejusdem conclusionis. Id quod apparebit haud obscure; si discutatur praxis tribunalium, qua maxime nituntur P. Mercorus in *dispart. 2. ab art. 16.* alique nonnulli nobis contradicentes; nempe in tribunalibus forensibus probationes utrumque aequales haberi pro nullis, seu elidi mutuo; si vero sint inaequales, elidi debiliorem; & sententiam non nisi pro potiori ferri posse: Unumquemque autem esse sibi iudicem in negotio salutis animae suae inter honestum, & inhonestum; & inter contrarias circa utramque opiniones, ac proinde debere ferre sententiam definitivam cujusque contrarietatis moralis ad instar iudicii forensis.

ART. CXXIV. Amplector ego libenter istam inter utrumque iudicium internum, & externum; politicum, & moraliticum analogiam. Et dico eam nobis plurimum adfavere. Ut hoc pateat, substatenda est oculis origo, & regula praesallegata tribunalium praxis; id est juris ea de re dispositio: Nati in primis juris est, probationes ejusdem omnino hinc, & inde rationis, atque inter se prorsus aequales pro nihilo reputari, nullamque, in vim illarum, sententiam proferri posse. Constat hoc luculenter ex toto tit. de probationibus lib. 2. *Decretal.* Ubique enim exigitur aequalis ex altera parte disparitas, ac

inaequalitas, ut sententia ferri possit. Et glossa *ibidem* cap. *Licet causam*, ad illud; *uti possideris*, dicit sic: *Vbi nullus ostendit titulum, vel uterque, & probationes sunt omnino aequales, nec apparet, quis ad iudicium provocavit, forte dirimatur.* Neque vero minus certum est in eodem casu probationum utrumque similium, ejusdemque rationis, seu, ut vulgo dicitur, generis, si altera earum sit major, ac efficacior, eo ipso exinaniri, seu elidi minorem probationem, atque sententiam debere ferri majori, ac efficaciori probationi conformem. Traditur hoc clare, & repetitur saepissime in eodem titulo de probationibus. Do pauca haec ex cap. *Cum causam*: Mandamus, inquit Gregorius, quatenus secundum divisiones, quae per libros antiquos, vel alio modo melius probantur, necnon & testes, sumam, & quaecunque alia adminicula, in negotio procedatis. Ubi eadem omnia pro utraque parte discutuntur, & sententia addicitur meliori probationi. Bene igitur habet prior pars nostrae conclusionis de elisionem mutua, tum non mutua probationum invicem similium. Jam si probationes sint invicem dissimiles, diversaeque rationis, vel ex toto, vel ex parte, nunquam eliduntur, sed semper proceditur ad sententiam; atque pro ea ferenda spectatur saltem plerumque, motus animi existens in iudice. Colligitur ex 4. *quest. 2. & 3. cap. Si testes.* Ubi post medium habentur haec verba ex l. 3. ff. de testibus. *Sapē si ne publicis monumentis, cujusque rei veritas deprehenditur, alias numerus testium, alias dignitas, & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua queritur, fidem.* Non ergo ad unam probationis speciem, cognitionem statim iudex alligare debet; sed ex sententia animi sui existimare, quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur. Hinc sponte apparet, inductis dissimilibus diversarum invicem rationum probationibus deveniri ad decisionem, ac proinde nunquam dari elisionem mutua ejusmodi probationum. Nempē data elisione mutua probationum suspenditur necessitas iudicium, perinde, ac si nulla pro alterutra parte producta fuisset probatio. Verum attentius consideranti apparet inde idem ulterius, accidere in ejusmodi dissimilibus probationibus; ut neutra probatio elidatur per alteram; sed utraque simultaneē vigeat; & iudex juxta utramlibet concipere sententiam possit pro varia animi sui dispositione praevia. Etenim si hoc non admittatur, non video, quem satis idoneum sensum habere possint verba illa: *Sed ex sententia animi sui existimare, debet iudex, quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur.* Quibus congruunt haec alia sub initium ejusdem Canonis, *Confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, quae rei aptiora, & vero proximiora esse temperavit.* Inquit, quod & quale momentum ad iudicem possit iudex ex sententia animi sui, ut existimet, quid credat, vel rejiciat; seu opinetur non satis probatum; & quem animi sui motum confirmare idem valeat ex aptioribus rei, & vero proximioribus; si altera pars supponitur jam elisa, aut necessario elidenda per solam vim, & robur partis alterius secundum se praesens considerata, & ex se praesens victoris, atque intellectui dominantis, qualiscumque; demum praevia ista iudice motus animi, atque sententia, vel etiam subsequatur, aut interjiciatur. Ne igitur perperam utriusque juris directione, ac mandato dicatur instrui eatenus iudex, dicendum potius est, neutram partem probationum elidi per alteram in casu, & ambas in conspectu mutuo vigere simul, atque pro obtinenda victoria dependere ex praevia animi dispositione.

ne in iudice, non solum quoad prolationem verborum, sed etiam ut exprimitur in textu, quoad actum credendi, aut rejiciendi, seu opinandi parum probatum. Bene igitur habet secunda quoque pars nostræ conclusionis de motivis invicem oppositis, ac dissimilibus non elidentibus, seu interimentibus se mutuo, & plerumque saltem, neque non mutuo. Nota, ut occludatur aditus abusi prædictorum textuum, & nostræ circa eos ponderationis, illicitum nihilominus semper esse respectu iudicis, ut ferat sententiam, seu in materia civili, seu in criminali adversus propriam opinionem, aut etiam adversus eam, quam iudicat probabilior, utcumque, & quantumcumque probabilis sit, & credatur esse opposita opinio, idque sive circa factum, sive circa ius. Multo vero minus ei licet, ut ferat sententiam in alterutram partem, dum dubitat, & quoad id, de quo dubitat, nec nondum iudicat æqualia esse iura, aut iurium, & facti rationes, ac probationes pro utraque parte. Tamen si enimaliqui auctores, sique non admodum pauci variis modis laxent habenas iudicibus quoad hoc punctum, ego illis usque adeo eatenus dissentio, ut si quid subsidii accedere possit alicui ejusmodi laxitati exitus, quæ vel hic præmissi, vel alibi dixi, illa eatenus indidica velim, ac reprobem. Verum hoc istico biter ad cautelam. Vide P. Anton. Perez tract. de iust. disp. 4.

ART. CXXV. Confirmari illud ipsum, quod dicebam ex professio, dilucidius potest auctoritate D. Augusti. lib. de princ. Rhet. cap. 8. Ubi agit de controversiis, quæ non propriè, sed impropriè tantum controuersie dicuntur, quatenus non sunt in utramlibet partem opinabiles, sed vel in neutram, vel in alteram tantum partem, propterea quæ propriè dicuntur plegmata aloga, hoc est propositiones irrationabiles, seu inopinabiles, utpote de quibus non ita ratiocinari in utramlibet partem possibile est, ut utraque pars suavisibilis sit, reddaturque opinabilis. Istiusmodi porro controuersias non controuertibiles, seu plegmata aloga, & propositiones, & questiones irrationabiles, dicit quatuor omnino speciebus circūcludi. Prima species est, cum ob defectum circumstantiæ, nempe causæ, personæ, loci, aut alicujus alius ejusmodi, in neutram partem moveri quidquam potest, & de hac specie pronunciat sic August. Hoc autem genus assati (i. consistentis) in scholasticam materiam non potest cadere, idcirco quia esse non poterit ullum thema deficiente circumstantia. Secunda species est, cum suspendit intellectum probationum hinc, & inde productarum omnimoda similitudo, & æqualitas. Istam speciem definit, & subiecto exemplo declarat August. valde appositè ad rem nostram his verbis: *Alter est modus assati, quem cetera infortita appellant; Nos tamen, si nomen Latinum dare non possumus, tamen vim intelligere debemus. Nam cum eadem utrumque dicuntur, & nulla re, ne parva quidem discernuntur, tamen hujus plegma, propter æqualitatem utriusque partis, statum implicat. Ut vicini adolescentuli, qui speciosas uxores habebant, noctu alter alterum obrium habuerunt, accusant invicem adulterii. Nam quidquid altera pars dixerit, hoc altera dicat necessè est. Verisimile est te adulterium voluisse committere, quia adolescens es. Te quoque verisimile est, voluisse, quia adolescens es. Verisimile est, quia speciosam uxorem habeo. Facultatem tibi vicinitas præbuit. Et tibi eadem vicinitas præbuit facultatem. Cur nocte in me? Cur tu autem in me incidisti? Nil est, quod distinguatur, & idcirco uter eorum, sive accusat*

*alterum, se criminatur; sive se purgat, defenditur, quæ criminari videtur. Tertia species est, cum probatio minus partis ita obruit probationem alterius, ut excessus sit manifestus, ac indubitatus, idcirco sententia non nisi pro parte priori concipi potest. Tercium est assati genus, ait August. quod Græci cetero meriam appellant, id est, secundum alteram partem, cum reo nulla defensio est, & aut color in facto non invenitur, aut parum probabilis color invenitur. Subdit verò paucis interjectis, quod expediat animadvertere in rem nostram. Nos, si assator aliquid ad defensionem, vel mediocriter probabile ad probationem hoc est à toto assatis genere subducimus, & alibi numero controuersiarum opinabilium in utramque partem, Qui sensus redditur adhuc clarius ex hac immediate adjuncta adverbialia: *Sed si credenter confessæ causa est, ut oportet secundum veterariam, explodamus. Quarta denique species est, quando præeunte initio dissimilitudine probationum hinc, & inde, & superueniente postea contraria dissimilitudine totus demum cumulus probationum in una parte evadit omnino similis, & æqualis utcumque probationis ex altera parte, propterea quod penditur necessitas iudicium, & quælibet reddat profus inopinabilis. Audiatur explicatio Augusti & exemplum. Quartus est modus assati, vel assati similis, adeo ut doctus etiam hominibus solat uteretur. Habet enim nonnullam speciem probabilis, consistentis materia. Quia nimirum similitudo, & æqualitas motivorum in hac specie confurgit, & est multat duplici correlativa dissimilitudine. Ea est brevitas, prosequitur August. in qua iudex ferenda controuersionem explorare non potest. Hoc Græci apertum. Sed subijciamus exemplum. Petebat quidam alibi de iuram quasi pecunia credita. Ille accepisse se pecuniam iussit, sed depositam, & idcirco velle se restituere sortem sine usura. Pendente interea iudicio lex de tabulis (abolitivis debitorum, seu pecuniarum conditarum, & usurarum) lata est. Reperit de pecuniam quasi depositam, ille remisit quasi creditam. Non video quid sit hic, quod in sententia ferenda iudex suspensetur. Cum petitor idem interdum credidisset, interum deposuisse se dicat, & ille alter interdum deposuisse, interdum creditam, & neuter sua parte, ut uterque alter alterius præterita sententia iuratur. Haec quoque omnibus ita se habentibus, necesse jam est, ut dicere, quod nefas est, Augustinum inadeguarum, ac defectuosam fecisse partitionem probationum in neutram, aut in alteram tantum partem opinabilium; vel fateri, quod intendimus, nunquam se dedere mutuo, aut etiam non mutuo motiva invicem opposita, atque inter se ita dissimilia, ac disparia, ut neutrius excessus simpliciter supra alterum in profus evidens, ac indubitatus. Quia quando motiva opinandi invicem opposita elidunt se mutuo, neutram partem est opinabilis propositio, licet quando pro neutra parte ullum omnino adeo motivum: est verò opinabilis propositio in altera tantum partem, quando datur elisio non mutuo. Augustinus autem propositiones non opinabiles differenter in utramlibet partem redigit ad quatuor classes. In primo nullum pro alterutra parte adeo motivum ob defectum circumstantiæ, & inde hanc Secunda exhibet motiva hinc, & inde ita invicem dissimilia, & æqualia ut sint eadem utrumque, & nullam parva quidem discernantur. Ad tertiam classem pertinent motiva, quorum alterius excessus simpliciter supra alterum est ita manifestus, ac evidens, ut nulla**

superfit defensio, nullus color, evidenterque confessa causa sit, utque ad eò ut si ad se aliquid ad defensionem, vel me-
ter probabile, eo ipso propositio sit proprie con-
veria, atque in utramlibet partem opinabilis.
Quarta denique classis coincidit per gyrum cum se-
cunda, duplici contrarietate rationis dissimilitudine re-
cedente in similitudinem, & æqualitatem totalem.
Pater igitur ex mente Augustini propositionem sub-
stantem motivis in vicem oppositis, inter se dissimili-
bus, ac disparibus, sed quorum neutrius excessus su-
per alterum sit evidens, atque omnino manifestus,
acindobitatus, eo ipso esse indifferentem opinabilem
in utramlibet partem, ac proinde motiva talia nun-
quam se elidere, seu mutuo, seu non mutuo. Dedu-
citur hæc, nisi omnino fallor, est omnino manifesta,
ac intergiverabilis intelligenti, & attendenti.

ART. CXXVI. Expeditius aliud ejusdem Augu-
stini eandem in rem testimonium habetur, lib. 2. de
Ditr. Christ. cap. 8. Ubi divinarum scripturarum in-
dugatore circa scripturas controversas, instituit
sic: Tenet igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut
ea, quæ ab omnibus accipiuntur Ecclesiis Catholicis, prepo-
nat, quæ quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non
accipiuntur ab omnibus, præponat eas quæ plures gravioref-
qui accipiunt, eis, quæ pauciores, minorique auctoritatis
sunt. Si autem alias invenerit à pluribus, alias à
paucioribus haberi, quamquam hoc facile invenire non possit,
equalis tamen auctoritatis eas habendas puto. In trime-
bruita partitione, extrema primæ, & secundæ com-
parationis sunt in vicem similia, ejusdemque profusus
rationis, sed in æqualia cum excessu manifesto unius
partis supra aliam, propterea quæ eliditur motivum
minus à majori, & eidem majori motivo addicitur
deeminate sententia prælativa. In tertia compara-
tione exhibentur extrema invicem dissimilia, plura-
lia ex una parte, gravioritas ex altera, inter quas
est manifestus excessus secundum quid utriusvis su-
per alteram; at excessus simpliciter alterutrius (quem
res ipsa dat patet ex observatione præmissa, art. 112. si-
ne), est quoad nos obsecutus, & anceps, ac proinde
fuit ea extrema æqualia negativè quoad nos. Quid
tam? Juxta adversarios dicendum esset elidere se
mutuo pluralitatem, & gravioritatem, & consequen-
ter scripturas, quas plures Ecclesiæ accip-
unt, graviores non accipiunt, aut è converso, perinde æsti-
mandas esse, atque si nullæ illas acciperent, nullæ re-
spondere Ecclesiæ, hoc est nullius illas auctoritatis re-
putari debere. At Augustinus è contra, non equi-
dem nullius, sed æqualis auctoritatis habendas illas
esse putat. Ergo motiva invicem opposita, & inter
se dissimilia, atque excessus simpliciter obsecutus, ac
incipitis, nec mutuo se elidunt, nec non mutuo,
sed utraque simul vigent. Locum hunc August. ex-
pendit operose post, & contra P. Bardi P. Mercor. in
Basi. art. 2. art. 22. eumque dividit in tres partes, seu
tripliciter dicit, casus, sed partem, quæ apud Augustinum
est postrema, hinc pluralitatis, inde gravioritatis, quæ
pars vel maxime ad controversiam pertinet, penitus
in expensione prætermittit, sed nec fideliter eam re-
fert. Videtur si placet.

ART. CXXVII. Ad eundem scopum pertinent
omnia ea loca August. in quibus S. Doct. utramque
simul partem contradictoris agnoscit probabilem,
vel æqualiter, vel inæqualiter. Quia opinio, ejus
motivum est jam elisum, seu exanatum, & annihi-
laturam per motivum oppositum, perinde nequit jam
esse probabilis, atque nequit probabilis esse opi-
nio, cujus nullum profusus est fundamentum. Quare

toties implicite, & æquivalenter dicitur motiva
opinionum invicem oppositarum non elidere se, ne-
que mutuo, neque non mutuo, quoties expresse, &
formaliter adstruitur similitas probabilitatis opinio-
num invicem oppositarum, sive æqualis utrobique,
sive major ex una parte, & minor ex altera probabi-
litas agnoscatur. Ejusmodi porro similitas probabi-
litis opinionum, quæ non possunt simul esse ve-
ræ, legenti Augustinum occurrit in ipso persæpe.
Ecce specimen, lib. 1. de Serm. Domini in monte, cap.
9. ante med. præmissa quadam ex Græco significatio-
ne vocis Racha: Probabilis est ergo, subdit, quod au-
divi à quodam Hebræo. Et lib. 2. cap. 7. initio, ad illud:
Panem nostrum quotidianum, proposita triplici expo-
sitione: Sed horum trium, ait, quid sit probabilis con-
siderari oportet, lib. 9. de Gen. ad lit. cap. 6. prope finem,
cum de Enoch, & Elia dixisset inter alia, nec morbo,
nec senectute deficiunt, ponderat. Quanto justius, at-
que probabilius primis illis hominibus præstaretur? &c.
Et cap. 18. versus finem: Per Ecclesiam multiformis
sapientia Dei probabiliter creditur, nempe sic, & sic, &
opposito modo, lib. 2. de doctr. Christ. cap. 12. sub ini-
tium: Nunc autem collato interpretum sensu probabilior
occurrit sententia; nempe aliis duabus inter se, &
cum hac tertia impossibilibus, quas proxime
reddiderat, & agnoverat probabiles, Epist. 54. ad
med. Nisi forte quis dicat alia bonorum, alia malorum
esse peccata; quos non usquequaque improbabiler dicitur.
Ubi supponitur opp. licum etiam esse probabile, &
quidem prior certius. Addit inibi, post med. Ali-
quando autem misericordes, & in ipso dubio nolunt homini
pro incerta pecunia, certa inferre supplicia. Ad hanc mi-
sericordiam etiam nos provocari, & exhortari debet. Me-
lus enim (ergo & oppositum sine peccato, & fit,
& docetur) etiam si habet, amittis, quam si non ha-
bet, aut excrucias, aut occidis, epist. 59. col. 2. initio. Sed
quod alii codices habent, &c. obsecutus est quidem, sed ele-
ctiori sententia videtur aptius convenire, epist. 118. cap. 7.
Sed nonnullos probabilis quædam ratio delectavit, ut uno
certo die per annum, &c. Honestius autem arbitror ea ho-
ra fieri, &c. Ac deinde probabilitati, & licito usui
utriusque opinionis subscribit his verbis: Quapropter
neminem cogimus ante Dominicam, illam cenam præsti-
dere; sed nulli etiam contradicere audemus. Neutrius igitur
sententiæ ratio rationem oppositæ sententiæ
elidit apud Augustinum.

ART. CXXVIII. Verum ponet ob oculos di-
stinctius mentem Augustini, & rem nostram casus
conscientiæ in hac eadem postrema Epistola, cap. 5:
ab eodem Augustino resolutus. Queritur, an sit li-
cita quotidiana Eucharistica communio? Præmittit
Augustinus sententiam affirmantem, & negantem
cum suis fundamentis, & negantem quidem sic: Di-
xerit aliquis non quotidie accipiendam Eucharistiam. Qua-
stus, quare? quoniam, inquit, eligendi sunt dies, quibus
purior homo, continentiusque vivat, quod ad tantum Sacra-
mentum dignius accedat. Qui enim manducat, & bibit
indigne, judicium sibi manducat & bibit. Affirmantem
mox sententiam proponit his verbis: Alius contra: I-
mò, inquit, si tanta est plaga peccati, atque impetus morbi,
ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate Antisti-
tis debet quisque ab altario removeri ad agendam peni-
tentiam, & eadem auctoritate reconciliari. Hoc est e-
nim indigne accipere, si eo tempore accipias, quo debet ag-
gere penitentiam, non ut arbitrio suo cum libet, vel aufe-
rat se communioni, vel reddat. Ceterum si peccata tanta
non sunt, ut excommunicandus aliquibus (scilicet ab aqua-
tenus) homo judicetur non se debet à quotidiana medicina
Domini

Dominici corporis separare. Necesse jam est, fundamenta affirmantis hujus, & negantis sententiae, vel aequalia esse, vel inaequalia. Si sunt aequalia elidunt se mutuo juxta adversarios, & necessario suspenditur judicium, sicut suspendit dubitans, dum dubitat. Si autem inaequalia dicantur, uti reipsa sunt, cum sint dissimilia, à majori eliditur minus fundamentum juxta eosdem adversarios, & illi soli parti potest praestari assensus. Necesse igitur erat ex eorundem sententia, Augustinum, de quo debitari non potest, quin utriusque partis fundamenta consideraverit satis, & percussuerit; vel alteram ex illis opinionibus approbare cum sua praxi, & alteram reprobare cum sua; vel certe neutram, aut approbare, aut reprobare, atque fateri, nescio, quid dicam. At Augustino neutrum horum visum est, sed agnosce similitudinem eorum motivorum invicem oppositorum vigorem, ac sufficientiam, & permittit unicuique assensum, & praxim utriusque opinionis juxta motum pie affectionis in unoquoque prevalens. Pie, inquam, affectionis, quia rationes opinandi non variantur directe pro diversitate individuationum, & habituum, & resultantium ex illis cognitionum, sed solae cognitiones affectivae, ipsique affectus. Audiantur verba resolutoria Augustini immediata ad controversiam modò relatum. *Restius inter eos fortasse quispiam dirimit litem, qui monet, ut praecipue in Christi pace permanent. Faciat autem unusquisque, quod secundum fidem suam pie (ex vi pie affectionis) credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus, & sanguinem Domini, si saluberrimum Sacramentum certum honorare contendunt. Nec enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri proposuit Zachaeus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam suscepit Dominum, alter dixerit: Non sum dignus. Ambo Salvatorem honorificantes diverso, & quasi contrario modo: Ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consequuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat; sic in ore cuiusque Christiani sacramentum illud quomodo sumatur, estimandum (sequente utique diversitate judiciorum diversitatem affectuum.) Nam & ille honorando non audeat quotidie sumere, & ille honorando non audeat ullo die praetermittere. Contemptum solum non vultibus ille, sicut manna fastidium. Censet igitur Augustinus praeventos iidem apud utrumque rationibus dubitandi hinc, & inde diversis posse, & physice, quod modo intendo, & honeste, de quo dicam paulò post, subinducere judicium praeclum diversum ex diverso imperio voluntatis juxta diversitatem praexistens pie affectionis, atque adeò rationes dubitandi non necessariò se invicem elidere saltem mutuo, & saepe nec non mutuo. Nempe occurrunt saepe rationes dubitandi proportionales rationibus Augustinianae hujus quaestionis, quarum tamen neutra putatur ab Augustino elisa fuisse per alteram.*

Superadditur auctoritati ratio circa elisionem motivorum intellectus.

ART. CXXIX. Auctoritatibus, quae cogunt intellectum, adjungenda modo est ratio, quae quietet eundem. Ratio, inquam, tum elisionis mutuae motivorum similium, & a-

qualium, tum non mutuae similium, similiumque nullius elisionis motivorum dissimilium, seu diversae speciei, adeoque inaequalium, deinde excessus simpliciter, inquam determinatè cadentem, sit anceps. Quicunque opinatur circa aliquod obiectum, necesse est, ut assenti illi, vel dissentiat, & neutrum facere potest, quin motivum assensum, vel dissentium, aut è converso, quae alterum judicet esse verum, alterum fallax. Impossibile autem est, ut quis praefert motivum aliquod motivo alii omnino simili, & aequali, & alterum dicat esse verum, alterum fallax. Eo namque ipsius praefert, simulque post haberet eidem secundum eandem, & de eodem secundum eandem pronuncietur esse verum, simulque fallax. Quia in omnino similibus, & aequalibus omnia sunt eidem praeferendi individuationem, quae nullaprorus vi movendi praedita est, praecisè ratione sui; cum nulla prorus perfectio intellectum sit perfectio aliqua, utpotè activa eorum aliquo modo. Impossibile igitur est, ut praevaleat motivus hinc, & inde omnino similibus, & aequalibus opinetur in alterutram partem, utque vel assenti, vel dissentiat, ac proinde motiva talia continentur intellectum in eadem indeterminate suspensum statu, in quo foret, si nullum prorus in alteram partem appareret motivum. Hoc autem dicitur, si est ea motiva elidere se mutuo juxta conceptionem, quae praemissis ex sensu communis. Rationem istam expostitam à nobis generet, suggestit subalter in specie, atque in individualibus terminis Augustinus verbis illis relatis paulò prius art. 125. ante med. Nisi est, quod distinguatur, & elidatur eorum, sive accusat alterum, se criminatur, sive se purgat, defendit eum, quem criminari videtur. Indeterminatione facile concluditur ex motivis similibus, & dissimilibus, seu inaequalibus intra eandem speciem, quod minus est, elidi à majori motivo. Quia si excessus majoris motivi praefertur formaliter à reliquo, per hoc reliquum intelligitur elisionem motuum totum motivum minus, ut patet ex ratione mox ponderata. Ergo excessus ipse superest eum eodem omnino vi pertrahendi intellectum ad se, qui vigeret, si nullum prorus motivum ad eum pro parte opposita; ac proinde motivum minus eliditur absolute à toto motivo majori, & non è converso, atque intellectus manet necessitatus, ut si quidem opinetur, soli possit accommodari, ac assenti eidem motivo majori: Jam quando motiva sunt dissimilia, seu diversae hinc, & inde speciei, atque excessus simpliciter alterutrum determinatè superat, alterum est immanifestus, ac anceps; ex eo apparet neutrum elidi totaliter, ac omnimodò ab altero. Quia videlicet utrumlibet ex hujusmodi motivis praefertur alteri quoad perfectionem differentialem, ac propriam suae speciei, & simul superatur ab eodem altero quoad perfectionem differentialem, ac propriam ipsius alterius. Quodlibet enim habens in se aliquam perfectionem, quod deest in altero, eateus excellit, & hoc alterum eadem tenus excellit. Cum ergo utrumlibet ex motivis specie diversis habeat in se perfectionem suam specialem, quae caret motivum oppositum, constat utrumlibet eorum praecellere alteri secundum aliquod, & vicissim superari ab eodem altero secundum aliquod. Otensum autem non potest motivum simpliciter minus elidi per motivum simpliciter

eliter majus, non est converso; motiva verò invicem omnino aequalia elidere se mutuo totaliter. Ut enim libere igitur ex motivis invicem oppositis, & dissimilibus inter se specie elidit alterum, & eliditur vicissim ab altero secundum quid; & quando neutrum excellit simpliciter, & absolute supra alterum est manifestum, ac evidens, atque omnino certum, neutrum elidit alterum, aut eliditur ab altero simpliciter, ac totaliter, sicut accidit mutuo in motivis omnino similibus, simulque omnino aequalibus, & non mutuo in simul inaequalibus, sed superest in uno quilibet eorum perfectio specialis, & propria ipsius tanquam victrix, & excedens negativè, quatenus non est certum, ac manifestum, quod superetur absolute à perfectione speciali, ac propria motivi oppositi, cum tamen sit certum, ac manifestum, quod se tota sit excellit quidam supra totum motivum oppositum.

ART. CXXX. Quapropter, ut jam accedam ad summam principalem immediatam totius hujus discussionis, intellectus utramque motivis ejusmodi diversarum specierum, vi eorum manet indifferens, & proximè dispositus, ut accedente adminiculo ex utroque inclinationis, & imperii voluntatis, vel ferre ad utrumlibet eorum ad instar excedentis simpliciter, assensum illi, quandoquidem ipsa habet similitudinem quandam cum excedenti simpliciter, vel ut ad neutrum feratur, & neutri adhæreat absolute, cum utrinque habeat, per quod sufficienter retineatur. Confirmatur hoc, & explicatur exemplo libertatis pure contradictionis, seu puri exercitii, de qua tenetur supra, sed sub alia luce. Præventus motu fallibili assentiendi alicui objecto, quin simul appareat ullum motivum dissentienti, eo ipso constituitur liber libertate contradictionis, seu ad assensum, & ad suspendendum assensum. Qua in re omnes absque ulla controversia conveniunt. Ratio enim non alia esse potest, quam quia motivum fallibile, & continet in se perfectionem aliquam, qua fundat spem attingendæ veritatis, si ipsi præbeatur assensus, & simul subest alicui imperfectioni, qua fundat periculum, & incutit timorem incidendi in falsitatem, nisi suspendatur assensus; atque excessus perfectionis supra imperfectionem, & spei supra periculum, ac timorem, nec non est converso est incertus, & anceps. Unde fit, ut intellectus per tale motivum reddatur habilis, & dispositus in actu primo proximo, tum ad adherendum illi perfectioni per assensum, tum ad fugiendum ab illa imperfectione per suspensionem assensus, juxta inclinationem, & imperium voluntatis libere, vel ere & ad eam spem, tandemque amplectentis, vel succumbentis illi timori, & præcaventis illud periculum, quin perfectio ejusmodi, & imperfectio, spes, & timor elidant se, vel mutuo, vel non mutuo ex parte actus primi. Eadem autem est ratio de perfectionibus, & imperfectionibus duorum motivorum specie diversorum invicem contingentibus, cum obscuro, & ancipiti excellenti simpliciter in ordine ad assensum, & dissentium, vel ad assensum hujus, & oppositi, nec non ad suspensionem utriusque simul, quæ est de perfectione, & imperfectione unici motivi simpliciter sibi invicem repugnantibus in ordine ad assensum, & ad suspensionem assensus, uti facile & clarè apparebit vobis considerare. Idem ulterius confirmari valde potest à posteriori, observata pertinaci emulatione animorum, conditionum, aut possessionum specie diversarum cum excessu simpliciter aliarum supra alias obicere, & ancipiti, aut non usquequaque

apud omnes manifestò, proptereaque unisquibusque æstimantibus, atque omnino judicantibus, juxta affectus proprii prædominium, suam seu conditionem, seu professionem esse meliorem, ac præstantiorem, quam seu conditionem, seu professionem æmulatorum suorum. Emulationes ejusmodi, ac dissensiones sunt nimis notæ inter litterarios, & militaris professionis homines; inter Senatores, & Duces; inter nobiles versatos, sed tennes, ac imbecilles, & novos, sed opulentos, ac prævalidos; inter Monarchicos, & Republicanos supparis utrobique gradus; pictores inter & statuarios inter hos utroque, & sutores, & sic de aliis innumerabiliter. Quæ certè emulationes, & judiciorum, de præeminentia invicem oppositorum, dissensiones dari nequaquam possent, si intellectus flexi non posset in utramlibet partem, & præeminentis affectus; & imperii voluntatis, sub motivis specie diversis, & ancipitis mutui excessus simpliciter. Nempe rationes, quibus singuli ex prædictis nituntur, sunt obviæ, & æquè bene notæ apud utramque respectivè factionem, atque illas sibi invicem satis, superque notificant opportunè, importunè, ac proinde ex sola affectuum discrepantia erumpunt in assensus contrarios, unoquoque æstimante rationes sibi faventes tanquam absolute, & simpliciter meliores, illisque adherendo tanquam veracibus, & rejiciendo rationes contrarias tanquam inferiores, ac fallaces. Neutra igitur ejusmodi rationes se invicem unquam elidunt, sed ambæ simul fovent assertam libertatem specificationis.

Satisfit duobus argumentis adversus libertatem opinandi.

ART. CXXXI. EX dictis hucusque, facile dirimuntur duo fundamenta adversariorum, quæ proposuimus supra art. 109. & 110. Ad 1. quod erat de potentia necessaria, & centro, dicendum est, intellectum esse quidem potentiam ex suo præcisè conceptu formali necessariam, non tamen ea necessitate, qualis reperitur in elementis, & mixtis inanimatis, nec non in aliis rationis, & consensu eidem rationi universalitatis expertibus, sed esse potentiam rationalem, & proinde universalem ad totum ens, atque multimodis ordinabilem, ac perducibilem ad scopum, & centrum suum, quod est veritas, eadem utique proportionali ratione, qua voluntas, propter omnino similem, & æqualem amplitudinem universalem objecti, variis, ac multimodè diversis viis ordinatur, ac perducitur ad scopum, & centrum suum, quod est bonitas. Ratione autem hujus uniformis in utraque potentia universalitatis objecti, & consequentis ad istam universalitatem multipliciter mediorum invicem incompossibilem, accedente in super mobilitate utriusque potentie, non per res ipsas, seu per veritatem, & bonitatem, ut sunt in se à parte rei, seu per easdem prout, & quatenus apparent in præviis, seu apprehensionibus, seu enunciationibus, quas evenit esse invicem inæquales inæqualitate contraria, quæ convenit in se rebus representatis, sicut etiam evenit hanc ipsam inæqualitatem, tam rerum, quam cognitionum ita defectuosæ, ac inadæquatè representati, ut non innotescat manifestè, & cum totali certitudine, utra ex parte determinatè se teneat excessu simpliciter, tum rei, tum representationis, sed ut utriusque maneat tantum veluti excedens quoad aliquid, & veluti

veluti excessu quoad aliud aliud, ac proinde utraque sit idonea movere, tum ad instar excedentis simpliciter, tum ad instar simpliciter excessu. Ratione, inquam, horum omnium, & tot usque inter intellectum, & voluntatem similitudinis mutue, convenit utrique huius potentie a similibus indifferentia ad actus invicem oppositos, atque voluntas potest imperio suo, seu in genere causæ efficientis, ad quod genus reducitur causæ applicativa, determinare intellectum ad utramlibet partem contradictionis, & contrarietatis eodem prorsus modo, quo potest seipsam determinare formaliter per electionem, quodcumque cætera sunt utrobique proportionaliter patia, ut apparet ex discussis superius, & modo subindicatis rationibus.

ART. CXXXII. Ex quibus itidem apparet clarè, quàm sit irrationabile, ac indisciplinatum, & quæ ex superficialitate vulgi velle urgere argumentum à pari, pro restrictione, & limitatione intellectus ad unum, ex balance, aliisque inanimatorum, aut etiam animatarum, sed rationis expertibus, ideoque incapacibus moveri, præterquam ad unum, & uno modo, & motivis hinc, & inde ejusdem prorsus rationis, uti movetur bilanx sola ponderum injectorum gravitate, quæ gravitas est, cæteris prædicatis se habentibus purè materialiter, cum intellectus diversimodè afficiatur per auctoritatem, & per rationem, nec non per rationem à priori, & à posteriori, atque per singulas quasque harum, similitudineque motionum differentias specificas cum facultate solius rationalis potentie propria super illas reflectendi, easdemque invicem comparandi. Ex hac eadem inter intellectum & voluntatem quoad ejusmodi prærogativam convenientia, & similitudine apparet præterea, quàm inanis sit conatus volentium statuere differentiam majoris determinationis ex parte intellectus ad veritatem, & ad prævalentem apparentiam ejus, quàm voluntatis ad bonitatem, & ad prævalentem apparentiam ejus; cum necesse palam sit utramque potentiam æquè inclinare ad scopum, & centrum suum, & utramque æqualiter influetur apparentia, & veritatis, & bonitatis hinc, & inde prævalens secundum quid absque clara, ac prorsus manifesta discrezione excessus simpliciter ex una potius parte, quàm ex opposita; Unde demum obrepit sæpè tam intellectui, quàm voluntati determinatio ad extremum re ipsa nocivum, deceptio intellectu, & depravata voluntate propter victoriam, & prælationem motivi, quod re ipsa erat dignum postponi, & absolute oportebat postponere.

ART. CXXXIII. Quod ad aliud attinet fundamentum ex art. 110. arguens ex motivis hinc, & inde omnino æqualibus ad motiva invicem inæqualia, o sensum jam est copiosè, & efficaciter, tum auctoritate, tum ratione diversam longè, imò & contrariam prorsus rationem esse motivorum hinc, & inde invicem æqualium, & invicem inæqualium quoad libertatem opinandi. Quæ videlicet perit sub motivis æqualibus, & viget sub inæqualibus. Videatur præsertim, art. 129. pro claritate, & veritate huius differentie, imò contrarietatis. Unde quod tradit D. Tho. art. 110. q. 14. de verit. intellectum perinde habere, ac suspendi sub totali defectu moventium, & sub apparenti eorumdem in utramque partem æqualitate, est verissimum, & nobis eatenus favet expressè quoad priorem partem nostræ sententiæ circa controverSIam istam de libertate opinandi. Tantum oportet meminisse sententiæ ex professo traditæ à D. Thoma de totali necessaria similitudine mutua quo-

rumcumque omnino æqualium inter se, atque de diverso de necessaria æqualitate quorumcumque omnino similitum, tam intensivè, quàm extensivè, ut retulimus supra art. 113. in fine. Quod deinde in additione eodem illo in loco D. Thomas de majoritacione opinantis ad unam partem, quàm ad oppositam, debet imprimis componi cum multis illis, de claris ejusdem S. Doctoris testimoniis, quæ operis producta à nobis sunt, de libertate opinandi, huiusmodi, quàm oppositum. Inde enim necesse est concluditur, hoc, quod dicitur de majori ad unam partem inclinatione, accipiendum esse de majori inclinationis tantum secundum quid, quatenus est ex vi motivi intellectus secundum se præcise considerati; atque in conceptu inclinationis simpliciter majoris, & determinantis intellectum in adlectionem includi inclinationem etiam, & imperium voluntatis, ut inter expendendum testimonium illud patet, & omnes indubitanter agnoscunt, dum sermo est de eadem majori inclinatione, ac determinatione intellectus ad unam partem, prout operis suspensioni, & inclinationi ad suspensionem voluntatis simul, & dissensus, atque assensus oppositi. Ita notatum nimirum à nobis est semel, ac iterum eodem quoad hoc rationem esse de libertate quoad specificationem, quæ est de libertate quoad extensionem, hoc est, eandem extensionem de majori inclinatione intellectus ad assensum, quàm ad dissensum, vel ad assensum oppositum, quæ est de majori inclinatione ad assensum, quàm ad puram ejus suspensionem, & sic de dissensu, & ejus suspensione, nec non de suspensione assensus simul, & dissensus, vel assensus oppositi.

ART. CXXXIV. Observandum præterea est, ex modo, quo loquitur inibi D. Thomas, apparet satis, sermonem sibi esse de motivo inclinationis, cum majoritas, & excessus supra motivum oppositum non sit omnino indubitatus, ac evidens. Loquitur enim de motivo insufficienti ad hoc, quod determinet intellectum ad unam partem totaliter, & rursus ita accipit intellectus unam partem, ut tamen dubiet super illa opposita, & subsistit formidini ejusdem. Qui autem præstat assensum ex motivo, tametsi utcumque formidat, evidenter tamen, atque omnino manifestè majori, ac fortiori, quàm sit motivum oppositum, eo ipso accedit magis ad scientiam, quàm ad dubitationem, inter quæ extrema ipsam opinari est medium, ideoque constituitur eo in gradu certitudinis moralis, & consequenter non dicitur absolute, & absque addito aliquo diminuenti, quod debet semper de opposito, & subsistere formidini, & quod non determinetur totaliter ad unam partem. Non enim hæc dicimus de eo, qui credit se non esse occidendum ab amico sibi diutissime fido, ac familiariter, nullaque prorsus occasione provocato ad iram, quando ab eo invitatur ad prandium, & sic de similibus moraliter certis. Loquitur ergo D. Thomas de majoritate, & excessu motivi, seu moventis accepti, ac incerto. Majoritas autem, & excessus moventis pro una parte supra motivum ad partem oppositam, anceps, ac incertus non plus valere potest ad tollendam libertatem specificationis, quàm viam tollendam libertatem exercitii motivum subsistentem sentiendi occurrens absque ullo alio motivo contrario. Et tamen est certum apud D. Thomam, aliisq. omnes hoc motivum non sufficere ad tollendam hanc libertatem. Ergo nec illud ad illam tollendam sufficit. Non igitur exigit D. Thomas ad opinionandum hoc potius, quàm oppositam majoritatem

motivi ablativam libertatis quoad specificationem.

ART. CXXXV. Certè pro transitu, qui subrebat in argumento, à dubitatione, & suspensione ad opinionem, & determinationem positivam intellectus, necesse nequaquam est, ut superveniat tale motivum restrictivum ex se præcisè, atque aliter motivum intellectus ad unam partem. Primum enim transitus à dubitatione, & suspensione ad opinionem, ac determinationem positivam intellectus non solum accidit sub occursum motivorum invicem pugnantium pro assensu, & assensu contrario, sed etiam accidit sub occursum unius motivi adæquati fallibilis absq; alio motivo in contrarium. Sæpe enim dubitamus, & hæremus aliquantum dubitantes non solum, an assentiamur, vel dissentiamus alicui objecto, vel assentiamur objecto contrario, sed etiam, an assentiamur, vel pure suspendamus iudicium, ac deinde transitus non minus à prima, quam à secunda dubitatione, ac suspensione ad actum opinionis, & ad determinationem positivam intellectus. Certum autem est apud omnes, ut sæpius, ac multipliciter suggerimus, transitum à dubitatione, ac suspensione ad resolutionem dubii, & ad actum opinandi sub occursum unius motivi fallibilis absq; ullo alio, motivo in contrarium, non accidere ex vi sola motivi intellectus ex se præcisè determinantis intellectum independentem ab affectu, & imperio libero voluntatis. Quia nullum motivum fallibile, nullaque fallibilis motivorum collectio usque adeo poterit, ac efficaciter propellat, ac determinat intellectum, ut non possit suspendi nihilominus, & hæere dubitando ex imperio voluntatis cohibentis assensum propter periculum errandi, quod semper inest motivis fallibilibus. Ergo transitus à suspensione assensus opinativi ad assensum ipsum nunquam fit vi solius motivi supervenientis de novo, sed requiritur insuper imperium voluntatis cooperantis motivo intellectuali objectivo subortum ex motivo affectivo, & proprio ipsius voluntatis. Idem igitur accidere similiter potest circa transitum à dubitatione, & suspensione inter assensum, & dissentium, vel assensum contrarium ad utrumvis eorum potius, quam ad oppositum. Quam consequentiam esse legitimam, non multò prius ostensum à nobis fuit.

ART. CXXXVI. Deinde experientia cuiusque propria, & ratione faciliè obvia liquido apparet volentem opinari circa aliquid, quod jam conicit sibi esse indemonstrabile, primo conatu excogitare rationes hinc, & inde dubitandi, quotquot inveniunt, & complecti mente potest, usque omnibus simultaneè in prospectu habitis non propterea existere protinus, saltem juxta modum agendi magis ordinarium, opinionem, & determinationem intellectus, sed eam adhuc aliquantisper differri, tametsi nulla amplius super sit spes, nec adhibeatur conatus inveniendi ulteriorem aliquam opinandi, ac determinandi rationem directam, ac proinde tempus interea, & conatum unice impendi deliberationi, ac consultationi reflexæ, utris potissimum rationibus invicem pugnantibus oporteat assensum accommodare; quod fit easdem rationes inter se conferendo, atque librando, donec voluntas afficiatur magis ad aliquam, vel ad quas earum rationum, quam ad oppositas, ac demum eligat easdem illis potissimum assensui, atque eligendo imperet intellectui, eundemque determinet, ut assentiat. Itaque ut quis opinetur, postquam fluctuavit inter rationes dubitandi invicem oppositas, oportet, ut consulat de

Pars II.

eligenda opinione, & præferendis rationibus his, vel illis in ordine ad attingendam veritatem, sicut oportet, ut consulat circa quodvis aliud mediorum genus, quicumque præconcepit plura invicem media impossibilia, ut eligat aliquod illorum in ordine ad finem præintendum: & sicut non potest pervenire ad executionem cuiusquam medi in alio quovis genere, nisi per huiusmodi consultationem, & electionem; ita nemo potest concipere opinionem victricem, & solutionem dubitationum, nisi per easdem. Ergo tam libera est electio ejusmodi opinionum, atque electio quorumvis aliorum mediorum. Attestatur huic veritati privata cuiusque, & publica universitatum sollicitudo in conquirendis magistris, qui non solum sint magni, & secundi acuminis ad inveniendas multas, & subtiles rationes dubitandi, sed etiam sint, & hoc maxime, maturi, & optimi iudicii ad eligendas opiniones, prout oportet. Quæ profectò posterior pars sollicitudinis esset inanis, & stulta, si ex adinventis rationibus dubitandi, quæ re ipsa est major, ac efficacior, traheret ad se necessariò intellectum, nullusque superesset locus arbitrio, & liberæ electioni in opinando hoc potius, quam oppositum, atque in præferendis, ac approbandis his determinatè rationibus dubitandi potius, quam oppositis. Quapropter ad rationes dubitandi, quæ primo, ac directo suo aspectu, aut etiam reflexo, sed inchoato tantum, ligabant intellectum, tenebantque suspensum; accedente deinde perfectæ, & adæquate comparatione reflexæ, & mox subsequuta electione, ac prælatione efficaci voluntatis, conferunt ad solutionem, & progressionem ejusdem intellectus, atque rationibus prædictis, & assensione ipsa confirmatis, jamque prædominantibus in animo dissolvuntur, ac dissipantur rationes contrariæ, & finis imponitur controversiæ, totique dubitationi.

Subinferitur duplex confirmatio eiusdem libertatis opinandi.

ART. CXXXVII. Huiusmodi in opinionis determinatione cooperatio mutua intellectus prælucentis primum, ac dirigentis, tum dubitando, tum consultando, ac deinde obsequentis per assensum, vel dissentium, vel assensum contrarium, necnon voluntatis per interjectum utrique illi operationi intellectus electionem, & imperium, suaderi ulterius ex eo potest, quia notissimum discrimen fluctuationis inter duas partes adversas, quæ est propria opinandi, & firmæ, ac tenacis adhesionis ad unam partem determinatæ, quæ ex natura ipsa rei suboriri solet in jam opinante, non aliunde provenire potest, quam ex prædicta conjunctione, & cooperatione mutua intellectus, & voluntatis in opere opinandi. Qui agit de decidenda controversia aliqua, & de statuenda propria circa illam opinionem, antequam actu decidat, & opinetur, sentit se ita facilem ad utramlibet partem, ut nulla sit difficultas non solum in utralibet, verum neque in utraque simul parte reiicienda per putam suspensionem iudicii: Si audiat obloquentem adversus rationes utriusvis partis, easdemque censurantem acerbè tanquam minus probabiles rationibus contrariis, tanquam leves, nulliusque momenti, dissolutas, &c. nil afficitur, nil movetur, fautores, & adversarios utriusque partis æquè æstimat eatenus,

G

Hæc

Hæc opinabundus. At postquam opinatus jam est, atque in alteram determinatam partem incubuit, magnam impetum sentit difficultatem in cantanda palinodia, & negotiare quidem, nisi agerrimè, potest de transitu ad sententiam contrariam. Unde est celeberrima laus Augustini ex libris retractatorum, tanquam de re heroica, & summè ardua, non minus, si non & magis, quam ex libris Confessionum, peractaque in illis affectuum pravorum penitentia. Contradicit deinde ferventer impugnanti, aut utcumque deprimenti fundamenta suæ opinionis, eaque dicenti minus probabilia, ac solida, quam sint fundamenta contrariæ sententiæ; acerbiores verò ejus suæ sententiæ, ac fundamentorum censuras, ac vilipensiones audire nequit absque amaro doloris sensu. Talis profectò est animi dispositio, quam ex sua natura inducit determinatio sententiæ in alteram partem contrariam, nisi aliud e cohæreatur per motiva respectu opinionis extranea, & per sanctos affectus. Eadem demum ratione, & sub eadem conditione parvi pendit auctores opinionum suis plerumque contrarios. Quæ cum sint experimentaliter nimium manifesta, necesse est, ut habeant fundamentum, & rationem à priori in speciali opinantis, qua opinantis actualiter, & determinatè, dispositione ex parte, vel intellectus, vel voluntatis, vel utriusque. Constat autem provenire illa minimè posse ex motivo intellectus secundum se præcisè considerato. Quia motivum intellectus ad opinandum est idem, & cognoscitur æqualiter, dum sumus in actu primo proximo opinandi, & cum jam opinamur de facto. Opinamur enim ex eodem motivo, quo constituimur proximè potentes opinari; nec cognoscimus illud magis, dum opinamur actu, quam jam præcognoscere ab opinaturis, quandoquidem ideo opinando assentimur illi, quia jam innoverat, & non ideo innotebit, quia jam illi assentimur. Quidquid autem existit de novo ex parte intellectus secundum se præcisè, necesse est, ut proveniat ex objecto motivo ipsius proprio, quatenus eidem apparente. Necesse igitur est, ut discrimen prænotatum inter opinabundum, & opinantem revocetur, tanquam ad primam radicem, ad actum voluntatis, quo præeligitur, præamatur, ac imperatur opinio, in quam erumpimus de facto, & postponitur, negligitur, ac impeditur opinio opposita. In eonim actu voluntatis elucet spontè ratio omnium prædictorum. Primum etenim motivum eligendi, & illud ipsum, ad quod eligendum movet, diliguntur magis per actum ipsum electivum, quam diligantur, dum sumus in actu primo proximo eligendi. Præferuntur enim affectivè per actum electionis illis, quibus in actu primo proximo eramus indifferentes, ut postponerentur. Deinde actus electionis placet specialiter per seipsum eligenti, eundemque sibi utque adeo potenter, ac efficaciter devincit, ut cui fuisset facillimum eligere oppositum, sit jam difficillimum, si & impossibile prorsus non est, ab electione jam facta recedere, & ad oppositam transire electionem rebus omnibus aliis eodem modo se habentibus. Id quod elucet vel maximè ex comparatione vehementer terribili ex una parte, & æquè delectabili ex altera, Angelorum, & Dæmonum, quibus utrisque fuit facillimum, ut in oppositas, quibus incubere de facto, electiones concederent, utque evaderent, seu permanerent Angeli, qui sunt Dæmones, aut è converso. Utrique enim suberant affimili, & intrinsecè, ac entitativè pari intellectus, & voluntatis, naturæ, & gra-

tiæ dispositioni proportionali præviæ. At postquam elegere, ut placuit, ita mansere devoti electioni quique suæ, ut ab ea recedere, & vices permutare suas non amplius unquam possint, sed coherere que ex natura, & intrinsecò conceptu electionis illius, ut cum Divo Thoma, alique communiter tradidimus, quæst. 28. de Ang. lib. 2. Curs. Theolog. Ista autem tanta diligendi vis, & utique adeo vitæ tenacitas electionis, ut potè placens per seipsum eligenti super omnia impossibilia secum, eademque consequenter removens, quantum potest, ab omnibus, & quibuscumque ex se ideo ad inducendam electionem contrariam, aut suspensionem jam factam, pervagatur proportionem servata per omnes cujusvis generis electiones. Quia in omnibus rebus que suadet, servatis servandis, ratio à pari electione Angelica. Revocata igitur origine, & causa determinationis ad opinandum in electionem liberam, & imperium voluntatis, apparet proportionem clara, & permanentiè difficulter revocabilem opinionem semel conceptam, & displicentiam omnium, & qualemcumque adversus eandem impugnatum, & impugnantium, quæ ipsa ratio in opposita sententia non satis apparet. Nec enim dici possit eam, & reticentiam opinionum, & displicentiam contrariorum provenire ex complacencia consequent, per quam sua cuique placet opinio. Quia si determinatio intellectus ad hanc potius opinionem, quam ad oppositam non proveniret ex imperio, & electione, libera voluntatis, sed aliud necessarium refutaret, fieri facile posset, ut sapientia nobis displiceret opinio, uti accidit frequenter circa plures nostras cogitationes, quarum assensum patimur inviti propter eam, vel improbitatem, vel inopportunitatem, atque earundem infelicitatem, ac vilipensiones audimus libenter, libenter quam meditamur, & perquirimus. Dicendum igitur determinationem opinionis conceptæ ex fundamento entitativè excessus, provenire ex imperio libero voluntatis.

ART. CXXXVIII. Addo apparentiam majorem, vel minorem harum, vel illarum contrariorum invicem rationum plurimum dependere ex tali, aut tali dispositione phantasie, & æstimatione materialis, & variari juxta variationem utriusque. Phantasia autem, & æstimatione materialis dependet multis similiter ex temperamento corporis, & extensione, ac remissione qualitatum naturalium, atque illarum actus variantur juxta variationem in his existentem. Neminem potè latere, in temperamento corporali, & in intentione, & remissione qualitatum naturalium magnam, & frequentem, quam pluribus ex causis, suboriri vicissitudinem. Ergo si determinatio intellectus ad unam potius, quam ad oppositam opinionem consequeretur necessario juxta apparentiam qualitatemque majorem repugnantium potius, quam oppositarum rationum; necesse omnino esset, ut daretur in nobis vicissitudo, ac permutatio opinionum nimium frequens, certe major, quam quæ datur ei ipsa, & per experientiam manifestam certò innotebit. Quod inconveniens est, revocata ea intellectu ex se incipitis determinatione ad imperium, & electionem liberam voluntatis, quæ potentia spiritalis operans independenter ab organo corporali, adeoque potens prævalere proprio suo ad versus variationes corporales, & potentiarum, ac apparentiarum materialium.

ART.

ART. CXXXIX. Adde & confirmatiunculam aliam ex scrupulosis, quibus, qui dirigend's, confortandis, ac sanandis sunt intenti, ac assueti, sciunt satis, & plerumque vellent, quanto ipsi opus sit conatu, ac industria in perurgendis rationibus, atque in adhibendis opportune, qualenibus adhortationibus, quoduris oburgationibus, per quas utiliter conveniatur voluntas scrupulosa ad deponendas ineptas, quibus pereditur, opinionationes, quæque eadem, & rationes, & adhortationes, & oburgationes sint potius in idoneæ, ut convincantur, aut persuadearintur recte intellectus ejusdem scrupulosa, ut potest deprehensibilis, quoad intellectum, ac imperius ubi dicitur recte. Videri potest inter alios, in hunc modum, & hoc industria genere sapienter, fortiter, & pie differens ad versus scrupulos, & erigens scrupulosos D. Antoninus. *part. Summatit. 3. cap. 10. §. 10. in regula præfata 5. & 6.* quarum prior incipit sic. Est igitur quinta regula obedientia humilis imitatio, scilicet scrupulosus capiverit intellectum suum dictis sapientum, & obedientia superiorum, quantumcumque scrupulosus sibi dicit aliud. Posterior vero incidit sic. Sexta regula est animosa impugnatio, seu repulsio scrupulorum, seu pusillanimitatis. Ad quod hortabatur Dominus *Isa. 35. dicens. Confortamini pusillanimes, confortamini, & nolite timere. Ecce enim Dominus vester, scilicet servans, & illustrans.* Effet autem ineptus, ac prorsus inutilis, ut sponte patet, hic modus agendi, si major quævis apparentia, seu majoris utrunque rationis, ac fundamenti raperet necessarium intellectum ad unam partem, nullaque ejus in opinando daretur subordinatio ad liberam electionem, & imperium voluntatis; ad quam videlicet solam directè pertinet obedientia, animositas, & depulsio timoris, & ejusmodi alia.

Exponitur necessitas libertatis opinandi pro usu licito opinionis minus probabilis.

ART. CXL. **V**enio ad scopum operosi, & fustioris quam de more, moliminis mei proximè præcedentis, & dico præfasseram libertatem opinandi esse omnino necessariam pro usu licito opinionis minus probabilis, & minus tutæ, atque doctrinam moralem de hoc usu licito ita dependere à doctrina speculativa de illa libertate physica, ut procedant omnino inconsequenter, qui negata universaliter, & pro omni prorsus eventu libertate opinandi in utramlibet partem contradictionis, atque determinandi quæstionem, tum affirmativè, tum negativè, docent nihilominus licere uti opinione minus probabilis. Quinimò institunt quæstionem, & tradunt conclusionem de subiecto non supponenti. Quia nemo uti potest opinione, quam non habet, sicut re nulla alia uti unquam potest, qui illam non habet, dum non habet. Et, quod est quodammodo manifestius, nemo potest dirigi in eliciendo actu voluntatis per cognitionem, & opinionem, quæ actualiter non præexistit in intellectu ejus, estque plane chimericum, ut conformare quis liberè possit electionem suam cognitioni, seu opinioni, quæ non datur in eligente, nec præluceat eidem electioni ex parte actus primi; atque exerceat immediatam aliquam casualitatem, seu directivam, seu motivam, seu formalem, seu efficientem in actum voluntatis ea cognitione, ac opinio, quæ volenti ipsi non inest, & cujus

potius contraria inest, dum elicit talem actum. Posito autem deesse nobis universaliter, & pro omni prorsus eventu liberam facultatem opinandi in utramlibet partem quæstionis propositæ, consequens profectò est, ut dicatur in nullo intellectu adesse unquam pro ullo eventu posse opinionem minus probabilem, seu fundamenti, & apparentiæ simpliciter, & absolute minoris, quàm sit fundamentum, & apparentia opinionis oppositæ. Irrationabile nimirum, ac stultum est credere, ut siquidem intellectus necessario, ac inevitabiliter rapiatur pro omni eventu per alterutrum ex duobus motivis, ac fundamentis invicem oppositis determinatè sumptum; id aliquando effici vi, & energia motivi, ac fundamenti hic, & nunc, omnibusque consideratis absolute, & simpliciter minoris, quàm sit motivum, ac fundamentum contrarium, fierique proinde posse, ut necessario, ac inevitabiliter prævaleat aliquando debilius contra fortius, minus contra majus, & similiter evadat superius in inducendo actualiter effectu, quod omnibus undique consideratis est absolute inferius quoad virtutem inductivam illius. Quæ cum sint perabsurda, certissima ratione concluditur nullum esse locum usui licito opinionis minus probabilis, si nulla est unquam libertas opinandi in utramlibet partem, atque controversiam de eodem usu licito, vel illicito esse de subiecto non supponenti, si ponatur eam libertatem non subsistere.

ART. CXLI. Intellexere hoc inter alios bene RR. PP. Mercor. supra relatus, & Gonet in *differat. de probabilit. art. 2. §. 4. ras. 1.* Cum enim teneant, ad vitandum peccatum in quavis humana operatione, requiri ut minimum majorem probabilitatem, vel ut ipsis loqui placet, certitudinem moralem, quod talis operatio sit licita; ut id probent, assumunt tanquam principium omnino necessarium, intellectum assentiri nunquam posse, nisi parti re ipsa probabiliori, seu cujus fundamentum re ipsa est majus, nullumque esse locum, loquendo directè, & formaliter, libertati, & imperio libero voluntatis in opinando hanc potius partem, quàm oppositam. Quæ quidem in re ita laudo consequentiam, ut tamen laudare minimè possim, quod Doctores hi ambo Dominicani, dum agunt de quæstione tanti momenti, non solum deferant quoad aliquid D. Thomam, sed insuper fundent suam sententiam supra principium, cui, & tam clarè, & toties contradicit S. Doctor, ut visum est *supra art. 105. 114. 115. & 118.* Verum occurrit specialiter in P. Gonet aliquid aliud circa hoc ipsum punctum, in quo pariter laudetur consequentia ejus, sed consequens vituperetur multò magis. Agnoscit eandem esse rationem, seu indifferentiam, & flexibilitatis, seu restrictionis ad unam partem, & inflexibilitatis, tum in intellectu quoad opinandum; tum in voluntate quoad eligendum cæteris utrobique proportionaliter paribus juxta ea, quæ de proportionali utriusque potentia quoad hoc uniformitate superius prosequuti sumus ab *art. 114.* ex mente D. Thomæ. Sed cum, hoc principio S. Doctoris laudabiliter admissio, debuisset inferre, ex certa, ac manifesta indifferentia voluntatis ad utrumlibet ex eligibilibus invicem disparibus, assimilem intellectus flexibilitatem ad utrumlibet ex opinabilibus itidem disparibus inter se; intulit è converso, ex restrictione, ac inevitabili alligatione prævia intellectus ad quaecunque probabilius, ac verosimilius, quæ erat sibi omnino necessaria pro scopo suo principali, assimilem restrictionem, ac inevitabilem

alligationem præviā voluntatis ad quaecunque eligibilis, ac melius. Concludit enim sic: *Vnde facta comparatione inter majus, & minus bonum, voluntas non potest eligere minus, repudiato majori.* Et quid tum dicemus ad illud Ecclesiæst. 15. 17. *Apposuit tibi aquam, & ignem; ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum. Quod placuerit ei dabitur illi.* Comparantur hic inter se extrema certò, & valde inæqualia, & Deus relinquit homini indifferentem ad utrumlibet eorum facultatem, quoniam tamen præalligat P. Gonet ad alterum, nempe ad majus, seu melius determinatè sumptum, ita ut non possit eligi minus repudiato majori. Hoc non apparet, quomodo coherereat cum libertate, & indifferentia arbitrii humani. Nec vacat dicere, liberum, ac indifferentem esse, vel fuisse applicare intellectum ad excogitandas rationes pro utralibet parte, & ad augendam, ac minuendam prohibitam apparentiam utriusvis eligibilis, atque per denominationem ab exercitio hujus immediatæ libertatis, ac indifferentiæ, dici, & esse absolutè liberam, tametsi immediatè, & ratione, si inévitablem hic, & nunc electionem majoris boni. Non vacat, inquam, hoc dicere, non solum, quia facit textus violentiam indè patitur præduram, ut potè exprimens clarè indifferentiam in ipso actu eligendi inter aquam, & ignem, vitam, & mortem, bonum, & malum absque ullo regressu, aut progressu ad aliquid aliud; Verum etiam, quia undecunque tandem aut ubique seu incipit, seu desinet exercitium voluntatis immediatè liberum, & secundum se præcisè proveniens indifferenter à voluntate, semper oportebit, ut ibi adsint motiva invicem contraria, eaque, vel omnino similia, & æqualia inter se, vel inæqualia. Sub motivis utrimque omnino similibus, & æqualibus nullus est locus electiōis liberæ ex communi consensu, imò nec operatio sublequi indè ulla potest juxta illud Philosophi lib. 2. de Calo rex. 9. 4. *Quia necessarium manere in medio omne, cui nil magis huc, quàm illuc moveri convenit.* Quoad libertatem videri, & facillè huc applicari potest ratio à nobis expensa cum Augustino *suprà art. 129.* Sub motivis autem inæqualibus occludi itidem aditum universaliter P. Gonet omni ad eligendum indifferentiæ, dum statuit, facta comparatione inter majus, & minus bonum, voluntatem non posse eligere minus repudiato majori. Admissio igitur hoc hujus auctoris principio, quidquid tergiversando huc vel illuc circumagatur discursus, necesse tandem est, ut prorsus intereat dogma fidei de humani arbitrii indifferentia. Nec enim fieri unquam poterit ut, nulla existente electione immediatè libera, & subborta ex immediata ad ipsam indifferentiam, aliqua nihilominus supersit electio mediata, ac denominativè libera, ac indifferentens, seu indifferenter elicitæ, sed de hoc est alius ex professo disserendi locus. Pro nunc sufficit insinuas, quantum interfit, ut non admittatur sententia negans assertam à nobis libertatem opinandi.

Præcluditur primum effugium negantium necessitatem libertatis opinandi.

ART. CXLII. **L**audatis igitur de cætero his lauctoribus quoad agnitam, tum dependentiam usus liciti opinionis minus probabili a libertate opinandi, tum uniformitatem

proportionalem indifferentiæ, & in voluntate ad eligendum, & in intellectu ad opinandum; tractamus ad alios, qui contradicunt, aut perinde se gerunt ac si contradicerent quoad utramque. Dubium illi modis componere nituntur necessitatem semper, & ubique assentiendi opinioni probabiliori, aut quod perinde ferè est, permanentiam voluntariam in opinione semel æstimata probabiliori, & absolutè ratione cum facultate utendi nihilominus absque ullo peccato opinione contraria minus probabili, simulque minus tuta. Alii namque, ut Card. Pallavicinus *longè ante à me relatus, & Caramuel sapè in Theol. pract. & alibi* recurrunt ad cognitiones quasdam relictas circa probabile. Alii ut P. Thomas Sanchez, ceterique communiter nituntur distinctione cognitionum speculativæ, & practicæ, universaliæ, & particulariæ seu ut alii loquuntur speculativè practicæ, & positivè practicæ. Utroque autem refellit jam olim d. n. *quæst. quodl. 2. punct. 3. argum. 2.* nisi omnino fallor, omnino demonstrativo. Dicunt reflexivè, operantem operationem aliquam esse peccaminosam, quam alii graves, & laudati auctores censent non esse peccaminosam, posse considerari, dum accedat operandum, probabile esse, saltem ab extrinsecis propter auctoritatem eorum Doctorum, talem operationem posse executioni mandari absque ullo peccato, ac proinde actum se esse prudentem, si eam operationem exequatur; siquidem necesse est, ut agens prudenter, qui nititur in operando fundamento magis momenti, & plerumque non fallenti, quale est fundamentum cuiusvis veræ probabilitatis, ut læpè ab initio dictum est; ac demum se non esse peccatum exercita ejusmodi operatione, siquidem impossibile est, ut quisquam id agendo peccet, quod agi prudenter, dum prudenter agit.

ART. CXLIII. **I**ste discursus videtur mihi subsistere non posse sub his terminis. Quia actus voluntatis non specificatur ex objecto prout representato, seu applicato, ac proposito per aientiam, sed per propriam ipsius volentis cognitionem, eamque directam, & non reflexam. Actus etenim volentis operari fertur ad operationem ipsam, eamque voluntandum se, & non præcisè, ut denominatam per cognitionem aliquam; atque ut velis operationem necesse est, ut dirigatur cognitione eandem representante, seu applicante, ac proponente, utque ea cognitio insit ipsi volenti, eique proponat operationem secundum se, & non præcisè ut denominatam per aliquam aliam cognitionem. Unde si cognitio directa representet operanti operationem tamquam malam secundum se hic, & nunc, omnibusque consideratis, actus voluntatis eligens, ac volens talem operationem evadet eo ipso malus, quidquid sit directum, & operans erit eatenus similiter malus juxta illud Osee 9. 10. *Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt.* Cum ergo tota illa consideratio redacta de probabilitate opinionis, quam opinionem ipsa operans judicat esse fallam; de magnitudine fundamenti probabilitatis, quod idem operans contententer reputat fallax, ac inanè; ac demum de prudentia operantis cum magno fundamento de operis sui honestate, quæ prudentia non potest operari nostro non videri fucata tantum absolute, atque dependens ex suppositione simpliciter fallæ. Cum itaque, consideratio ejusmodi reflexa, ob hæc omnia, quæ pervenire minime possit, ut operans, recte opinione propria de inhonestate operis sui, judicet nihilominus directè, & absolute idem opus esse honestum, aut non esse peccaminosum, ne alioquin

simul assentatur duobus contradictoriis, quod est impossibile; nec ed utique pervenire eadem consideratione potest, ut verè non peccet, qui operatur retenta opinione sua propria, quod opus suum sit inhonestum, ac peccaminosum.

ART. CXLIV. Perspicitur hoc clariùs descendendo ad particularia. Opinatur quis non satis fieri obligationi recitandi Officium divinum, si recitetur absq; attentione ad verba, & ad sensum verborum; peccare pingentem in die festo, nisi tanta sinceritas pingendi, ut excuset, peccantem lachrymiferè sub novo peccato lethali, ut protinus, nullaque vel minima interposita mora, vel contera-mpente, &c. vel confiteatur peccatum cum vera, ac idonea attritione. Est jam hic homo in procinctu agendi circa hæc, & tùm recollit viros pios, & doctos docere opiniones; his opinionibus suis contrarias, auctoritatem eorum sufficere procul dubio ad probabilitatem; operantem juxta opinionem probabilem, eo ipso operari prudenter, ac proinde satisfacere omni suæ præsentii obligationi, nec peccare. His nihil obstantibus, quæ nempe omnia præviderat iste, & perconsideraverat, cum primitus opinatus fuit, pergere tenere, & veras adhuc absolute reputare opiniones illas suas, & dicit in corde suo, fatereturque coram Deo: Verè non satisfacit officio divino, qui illud recitat absque attentione ad verba, & ad sensum verborum: Verè peccat, qui pingit in die festo sine necessitate; Verè peccat de novo, qui confestim non contentur, nec confitetur legitime, postquam peccavit lethali. His ita se habentibus consuevit iste dicere officium absque attentione, & nil unquam curare ea adhibenda; pingit in die festo, quantum libet, & quoties libet nulla coactus necessitate; differt per plures dies agere penitentiam, postquam peccavit lethali, & cum tandem aliquando accedit ad peragendam penitentiam; non dolet, nec se accusat unquam de ea mora. Dico servum istum nequam jam judicatum esse ex ore suo, atque in supremo judicio reprobandum esse, testimonium reddente illi consentientia ipsius. Quia sentiebat, ac docebat, necessitatem esse attentionem, & non attendit, non licet pingere in die festo, & pinxit in die festo; debere penitentiam actum peragi, & distulit, neque de us penituit unquam. Prototypum hujusmodi forme judicii habetur apud Apostolum 2. ad Rom. 4. vers. 5. Neque verò quidquam ad hujus hominis defensionem valere poterit, si dicat viros tales, & quales, & tenuisse opiniones contrarias. Reponeretur enim illi: Viros illos tot, & tantos tu non tantifecisti; (& quod tua tibi mens suggerebat) nec tantifacere potuisti, ut propter illorum auctoritatem deponeres opinionem tuam, aut ab ea primitus in animum ipudenda deterrere, atque judicium tuum judicio illorum conformares, sed persististi nihilo minus in tua sententia sententia illorum contraria, ea que retenta operatus es contra eandem, ac proinde contra dictamen conscientia tuæ; quæ tua sententia, & conscientia tua, non verò sententia, & conscientia aliorum quotlibet, & quantalibet auctoritatis erat regula proxima voluntatis, & operationis tuæ, uti didiceras ex Apostolo ad Rom. 2. 15. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, non aliorum tot, & talium, vel talium, sed omnino ipsorum, & iterum fortius cap. 14. 23. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est. Tu autem discernisti, & fecisti, quæ credebas esse peccata, & damnatus es, quia non fecisti ex fide tua. Pater itaque

Pars II.

ejusmodi reflexionem, & reflexionum reflexiones supra, ut circa probabilitatem nil prodesse ad vitandum peccatum in eo, quod quis cognitione directa judicat esse peccatum, & tamen facit retenta hac sua sententia.

ART. CXLV. Præterea licet fieri facile possit, & sæpè contingat, ut ab aliquo judicetur probabilis absolute, utque re ipsa sit absolute probabilis sententia contraria sententiæ, quam ille idem de facto tenet, & putat esse veram; fieri tamen non potest, ut sententia aliqua sit re ipsa, aut judicetur probabilis respectu ejus, aut ab eo, qui tenet sententiam contrariam, atque illi adhæret tanquam veræ, dum eam tenet, eidemque adhæret, seu in sensu composito talis suæ sententiæ: sicut fieri potest, ut quis sit absolute amabilis, & talis ab eo etiam judicetur, à quo odio habetur de facto, fieri tamen non potest, ut ille idem ab hoc eodem sit amabilis, & judicetur talis respectu sui in sensu composito odii sui adversus ipsum. Qui enim sententiam aliquam amplectitur, eamque omnibus circumquaq; consideratis approbat absolute tamquam veram, eo ipso rejicit, & reprobat tanquam falsam sententiam contrariam, quam proinde approbare minime potest in sensu composito sententiæ illius suæ; sicut nec amare quisquam potest, quem odio habet, dum odio habet, & in sensu composito odii. Non est autem probabile respectu cujusquam, quod ab eo reprobat, dum reprobat, atque in sensu composito reprobationis. Id quod merito visum est principium per se notum Augustino propterea exclamanti lib. de utilit. cred. cap. si bene memini 11. Quomodo est illud, quod sequuntur, si non probatur, probabile? nempe illi cui non probatur, & à quo judicatur probari non debere. De tali nimirum, & quatenus taliter affecto disserit ibi ex professo Augustinus. Moliuntur ergo impossibile quiddam, & chimericum auctores isti, dum opinanti operationem aliquam esse peccaminosam tentant permittere, ut retenta ea opinione, atque in sensu ejus composito utatur opinione contraria tanquam probabilis, cum probabilis minime sit respectu reprobantis ipsam, & appositam, dum sic alteram approbat, & alteram reprobat, seu in sensu composito talis approbationis, & reprobationis.

Obstruitur rima quadam eiusdem effugij.

ART. CXLVI. Quærent propter hæc effugium aliud alii quidam, inter quos est Card. Pallavicinus, superaddita, eidem reflexioni circa probabile, cōsideratione quadam speciali universalitatis, & uniformitatis legis divinæ quoad omnes homines. Pertinet, ajunt, ad sapientem gubernationem, & ad iustitiam legum, ut non plus graventur, nec obligentur ad plura quidam ex subditis, ac præsertim qui sunt de republica specialiter benemeriti, quam alii plerique, & non usque ad eò benemeriti. Si ergo, contingat aliquos viros doctos, quos eo ipso constat esse de Republica specialiter benemeritos, studio suo, ac diligentia adinvenire rationem, qua coguntur judicare tales, vel tales aliquas operationes esse illicitas; quas tamē simul animadvertunt ab aliis viris doctis censeri licitas, easdemque propterea ab iisdem, necnō ab aliis plerisque ductu ipsorum executioni: re ipsa mandari absque ullo peccato; poterunt utiq; & illi priores idem facere absque ullo peccato, agendo contra propriam

G 3

quam

quam putant veram, & conformiter ad probabilem sententiam contrariam aliorum. Ne nimirum plus alioquin graventur, & pluribus addidit subiciuntur obligationibus, qui sunt diligentiores, ac perspicaciores in serutinio legis, voluntatisque divinæ. Quod profectò est specialissimè a seculo ab infinita sapientia Dei, & à rectitudine legum divinarum, quæ sunt suprema omnis iustitiæ, & æquitatis norma. Admiratione huc discursui exemplum, quod sibi opponit Adrianus ubi supra, ex Rege temporali, qui missurus exercitum adversus hostem, postquam illum instituit mandatis suis, nisi vellet inopienter agere, superordinat explicitè, vel implicitè, ut si quæ suboriatur dissensio inter Duces circa intelligentiam eorum mandatorum in casu particulari, omnes operentur juxta sensum plurimum, ac peritiorum, tametsi nonnulli certò coniciant intentionem, ac voluntatem Regis omnino sibi esse contrariam. Quæ animi- rum sequerentur alioquin, multa incommoda, ac demum dissipatio, & ruina totius exercitus. Ergo Deus, cujus sapientia non est numerus *Psalm. 145. 5.* quique omnia in sapientia fecit *Psalm. 103. 24.* Multo majori ratione credendus est, superordinasse similiter circa legem suam. Licet ergo cuilibet agere contra propriam sententiam eadem retenta, quoties aderit sententia probabilis in contrarium, saltem cum ea fuerit plurimum, & doctiorum.

ART. CXLVII. Huc discursui nemo fidere potest, quia probat nimis, & ducit ad præcipitium. Probari enim, siquid probaret, etiam licere uti opinione apud alios probabili, qui certò, ac scientificè cognosceret illam esse falsam; licere item omnibus Catholicis contrarie toti juri Canonico, quo nempe non obligantur infideles; Catholicos demum, atque hæreticos posse transgredi impunè totum jus divinum positivum, ut potè non inducens reatum specialis pœnæ ob transgressionem sui respectu paganorum, & quoad novum testamentum, nec respectu Hebræorum. Patet nimirum non aliter in his etiam subsistere æqualitatem gravaminum, atque meliores alioquin gravari magis. Præterea in eodem discursu considerantur leges divinæ, & humanæ tanquam pura gravamina, & incommoda, vel certè tanquam in quibus prævaleat ratio gravaminis, & incommodi, ac proinde supponitur melioris, cæteris paribus, conditionis esse exemptos per ignorantiam ab actuali, & immediata obligatione, & observantia legum, quam qui per earum cognitionem, ac legitimam intelligentiam instruuntur, ac diriguntur ad sanctos mores, æmulos Divinitatis, & Angelorum, atque congruentes humanæ naturæ dignitati, & secundum se, & prout elevatæ ad visionis Dei consequibilitatem, ad quam ita effectivè perducit homines earundem legum observantia, ut eos per se ipsam reddat Deiformes, seu Deo in volendo, ac agendo simillimos. Ex his potè eorum extremorum expressionibus, ex quæ ipsa terminorum justa apprehensione spontè, ac liquido apparet considerationem ejusmodi qualificativam legum, earumdemque cognitionis, ac sinceræ intelligentiæ esse per absurdum, alienam prorsus à pietate hominis Christiani, imò & hominis, atque enormiter degenerem ab spiritu divino, quo percitus, ac illuminatus Regius Psalter ardentè, ac sæpè postulat à Deo cognitionem majorem semper, ac majorem legis, mandatorumque suorum, uti apparet ex *Psalm. 188.* qui, cum sit cæteris omnibus longior, totus est plenus ejusmodi aspirationibus ver. 12. *Doce me justificationes tuas, ver. 18. & 19. Revela oculos meos, &*

considerabo mirabilia de lege tua. Intelle ego sanctam terram, non abscondas à me mandata tua. ver. 14. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, ver. 64. Memoriam tuam Domine plena est terra, & sapientiam tuam multipliciter obvia in sacris litteris, & libris tantum ex ver. 72. quod continet rationem præ humanæ. Bonum mihi ex ore tuo super milia argenti. Cui consonat illud Prov. 6. 23. Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vite inceptus disciplina. Perinde itaque est dicere eum, qui agnoscit obligationem legis quoad aliquid, quam aliquid negant cum fundamento magnæ equidem apparentiæ, sed, ut ille credit, fallaci, ac deceptivæ, ut agat, ac si nullam haberet cognitionem talis obligationis, utque eos sequatur in operando, quos credit decipi, & operari ex vi deceptionis, ac ignorantia, atque agere re ipsa contra legem. Perinde inquam, est hoc dicere, ac si diceretur, ratio in parte catholica, baptizata, ac educato catholice, aut hæbenti donum qualecunque aliud Dei, specialiter dispositam ad bonam aliquam operationem, licet, ut non aliter agat, quam si nullum speciale re beneficium accepisset à Deo, nempe ratione sapientie, & æquitatis divinæ permitti illi, ut se gerat in operando, sicut ii, qui bus nil tale indultum à Deo est. Quod quam sit impium, ac stultum nemo non videt. Differentia autem inter ea extrema est putè materialis, & forma arguendæ est prorsus eadem, ut patet ex dictamen conscientia, tametsi erroneum respectu, & non solum utcunque incertum, perinde obligatum non deponitur, arguendū est omnino certum, & fundatum in veritate. Agimus verò de non deponente, sed retinente firmiter opinionem suam assertivam obligationis, atque operante in sensu composito hujus laxe opinionis.

ART. CXLVIII. Concludo, nec dispensare, seu superordinare Deum de facto, nec posse etiam de potentia sua absoluta dispensare, seu superordinare, ut cuiquam, propter qualiumcumque, & quocunque aliorum opinionem, liceat id exequi sine peccato, quod ipse opinatur, & judicat esse illicitum, & peccaminosum, dum ita opinatur, & judicat. Quia Deus nulla sua potentia efficere potest, ut quis simultaneè assensiat duobus contradictoriis, & dicat esse verum, ac honestum, quod dicit, & dam dicit esse falsum, ac inhonestum, aut ut actus voluntatis non specificetur ex objecto sibi proposito, nec evadat malus, tametsi objectum proponatur ut malum. Ergo retenta opinione absolute assertiva obligationis ad aliquam actionem, vel omissionem, & quod sit peccaminosa, nullus est modus evadendi peccatum præter quam vitando actionem eam, vel omissionem. Exemplum illud Regis temporalis convincit, quod nemo negat, nempe fieri posse, ut reddatur, ac judicetur licitum ex suppositione aliquæ accidentali, quod absolute, & secundum se erat illicitum; non tamen convincit, aut ullatenus suadet, ut aliquid idem sub eadem adæquata suppositione judicetur illicitum; & tamen vi alicujus reflexionis fieri possit, ut mandetur executioni absque peccato. Consideretur iterum, sed paulò distinctius exemplum nuper objectum. Rex æternus, sicut & temporalis vult, ut miles presidians custodiat Civitatem adversus hostem illi imminentem, utque impediatur omnem jacturam, & omne incommodum civitatis ejusdem, quoad fieri poterit. Adhuc duo

Centuriones, qui sciunt modum disponendi defensionem, atque agendi, quo certo v.etur omne incommodum, omnisque jactura, sed eum modum reprobant plerique alii, & incumbunt verbo, ac opere in alium disponendi, ac agendi modum, per quem speratur incolumitas Civitatis, licet cum aliquo incommodo, & jactura. Centuriones illi duo, quia vident Civitatem esse perdendam, nisi & ipsi cooperentur posteriori huic defensionis modo, cooperantur illi de facto, & dimitunt quod erat optimum factum ob solutem, proptereaque voluit ob solutem a Deo, & a Rege suo ex eadem suppositione. Omittunt itaque, & exequuntur cum laude per accidens, quod omittitur, & quod exequi erat illicitum per se. Hoc profecto non est reddi licitum per solam reflexionem, supra sensum aliorum, conjunctam cum aequitate & equalitatis onerum, quod erat, & adhuc est illicitum ex propria operantis sententia, sed est mutari statum rei per realem aliorum operationem dependentem a contraria eorumdem sententia. Unde illa, quae dicebatur superordinatio Regis temporalis, nil est aliud, nisi expressio quaedam conditionis, seu exceptionis inhibita in praemissa ab eodem iussione, atque subintellecta universaliter in omni prudenti mandatio, nempe ut non observetur mandatum prout sonat absolute prolatum, si ex tali observantia, ob incidentem utcumque circumstantiam, subsequatur praevideatur inconveniens contrarium intentioni iubeatis, cujus inconvenientis vitatio merito praevaleret in voluntate eius efficaciter, atque ejusmodi sunt circumstantia, & inconvenientis, qualia ibi describuntur. Hoc autem nil habet commune cum tenestra. Quia differimus de discrepantia opinionum circa vim legis nil variante statum rerum, & exitum operationis pertinentis ad unumquemque juxta opinionem, ac intelligentiam propriam ipsius. Quo quidem in genere operationum nullus, nisi stultus Rex superordinaret, seu superpermitteret, ut suborta diffensione circa voluntatem eius, non id quisque exequeretur, quod certo sciret, aut utcumque crederet iustum ab eo fuisse, sed prout reputarent quidam alii, qui sciuntur, aut creduntur eatenus decipi, nec tantae sunt auctoritatis, ut ob eam debeat quisque, aut etiam possit recedere ab opinione, ac intelligentia propria. Hoc enim nil esset aliud reipsa, uti considerantur facile patet, quam superordinare, seu supermittere, ut ab unoquoque credantur non decipi, qui, & quatenus creduntur, & dum creduntur, & non possunt non credi esse decepti. Constat itaque certissime per eum philosophandi modum vitari minime posse necessitatem, & usum libertatis opinandi in utramlibet partem, rebus quoad intellectum eodem modo se habentibus, ut licitus esse possit usus opinionis minus probabilis.

*Præcluditur alterum aliorum
effugium.*

ART. CXLIX. Facilius, & paucioribus demonstrari potest insufficiens pro eodem scopo, recursus ad distinctionem opinionis speculative, & practicae. Dicunt auctores, qui nituntur hac distinctione, eum, qui tenet opinionem assertivam obligationis aliquid agendi, vel omittendi in abstracto, seu sub terminis universalibus, posse retenta ea opinione concipere nihilominus dicta-

Pars II.

men particulare negativum obligationis illud idem agendi, vel omittendi hic, & nunc, atque ita nullum seu agendo, seu omittendo committere peccatum. Quia videlicet universalis illa opinio assertiva est cognitio speculativa, seu speculative practica, & fertur ad objectum secundum se in abstracto, & prout denudatum a circumstantiis individualibus, quae vulgo denotantur per particulas hic, & nunc, dictamen verò particulare negativum est cognitio practica, seu practice practica, & fertur ad suum objectum in concreto, & prout affectum circumstantiis individualibus, atque pronunciat de illo prout hic, & nunc. Inter affirmationem autem, & negationem usque adeo invicem dissidentes quoad modum tendendi, & quod caput est, quoad objectum partialiter re ipsa diversum, nulla est contradictio, nulla est impossibilitas mutua. Notum siquidem est ex summo, de conceptu contradictionis, atque in ea fundata impossibilitatis esse, ut propositiones invicem contradictoriae, & impossibiles sint de eodem secundum idem, nempe, & realiter, & formaliter. Argumento praeterea est ejusdem inter eas cognitiones diversitatis, quod in opinionibus ejusmodi universalibus praecipue laudatur, ac vituperatur ingenium, in dictamine verò particulari iudicium potius. Accedit id quoque minime contemnendum, viros timoratae conscientiae, & doctos, atque perspicaces, nec paucos, nec raro tenere tanquam veras, & docere opiniones aliquas rigidas in materia etiam gravi, quas tamen non opere complecti causati aliud esse opinari in genere, aliud operari, & arbitrari hic, & nunc. Et quod videtur perinde valere pro puncto doctrinae, viri etiam doctissimi, simul ac Sanctissimi, uti vidimus supra circa S. Augustinum art. 127. & observavi pluries in D. Thoma, aliisque summis Doctoribus, ita nonnunquam tradunt doctrinas severiores, ut tamen oppositas benigniores, seu laxiores sub eodem contextu sermonis dicant, aut clare indicent esse probabiles, hoc est, deducibiles in opus absque peccato.

ART. CL. Hæc evadendi ratio evanescit, si conclusis vocum ambagibus res ipsa consideretur. Certum est propositionem universalem assertivam, & particularem negativam, aut è converso esse invicem contradictorias, & impossibiles in eodem intellectu, quaecunque demum sit earum materia, seu objectum, dummodo sint de eodem secundum idem, nullumque intercedat discrimen, praeterquam aliam descendere ad individuum, & circumstantias purè individuales, ac materiales determinatè, aliam abstrahere ab eisdem determinatè sumptis, sive propterea altera dicatur speculativa, aut speculative practica, altera practica absolute, aut practice practica, sive quovis alio modo denominentur, de quo nil curandum est. Quia quod ad rem ipsam attinet, tam sunt contradictoriae istae duae: Omne mendacium est illicitum semper, & pro semper, tum respectu mei, tum respectu quorumvis aliorum; hoc mendacium hic, & nunc est mihi licitum, aut cuiquam alii; quam sunt contradictoriae istae aliae duae: Omnis triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis: hic triangulus in individuo non habet tres angulos aequales duobus rectis; vel omne animal rationale est admirativum: Hoc animal rationale in individuo non est admirativum. Manifestum igitur est datam distinctionem practici, & speculativi, & alia ejusmodi qualiacumque vocum involucria nil ad hoc conferre posse, ut, retenta ab aliquo opinione universaliter assertiva obligationis

G 4

ad

ad aliquid, subinducatur nihilominus in ejusdem intellectu dictamen particulare negativum ejusdem, ad illud idem, obligationis; atque diversitatem quoad modum tendendi, & quoad objectum in hoc præcisè consistentem re ipsa, quod altera cognitio sit universalis, & abstractiva, altera particularis, atque individualis, usque adeo non tollere contradictionem, & mutuum impossibilitatem cognitionum, ut potius sit de conceptu veræ, ac propriissimæ contradictionis diversitas talis cognitionum, ut vulgò est notum ex summis, & nec expedit, aut decet, ut hic amplius exponatur.

ART. CLI. Quod addeatur de experientia, seu praxi virorum doctrina, & probitate præstantium, nil metangit. Quia ego non contendo auctorem sententiarum rigidioris non posse absolute uti absque peccato sententia opposita benigniori, quæ aliqui sit probabilis, sed tantum non posse retenta pro tunc ea sententia rigidiori, seu in sensu composito illius. Similiter nec dico existimantem unam partem contradictionis esse veram, non posse simul reputare absolute probabilem oppositam partem contradictionis, sed tantum non posse talem reputare respectu sui, quatenus taliter opinantis actu juxta nuper dicta art. 145. Addo, si prædictis, vel aliis qualibuscunque circumstantiis, aut exemplis fieri posset, ut qui tenet opinionem universalem affirmativam obligationis ad aliquid, posset nihilominus absque ullo peccato nolle id unquam exequi pro ulla particulari opportunitate operandi, quin recederet ab ea sua opinione, seu in sensu composito illius; eo ipso talis opinio, omnesque tales opiniones essent falsæ, frustraneæ, & quibus nemo conficius ejusmodi doctrinæ assentiri posset tanquam veris. Quia propositio universalis, quæ in nullo sibi substanti individuo verificatur, est falsa, & frustranea, quæ dicitur, necesse esse sic, vel sic operari, qualiter nunquam necesse erit operari; ac proinde qui hoc censet esse verum, non poterit illi propositioni assentiri, eidemque serid, & ex animo adherere tanquam veræ. Adherere, inquam, absolute, & sine restrictione, seu conditione auferente conceptum simpliciter opinantis, & reddente ridiculam, ac frustraneam doctrinam taliter opinantis. Si enim quis diceret, ego opinarer, vel distorere concipiendo, opinor, eos, qui tenentur ad officium divinum, eo ipso obligari, ut attendant ad verba, & sensum verborum, nisi adesset in contrarium auctoritas plurimum. Doctorem, aut talis textus, aut talis ratio; patet, quod verè non teneat opinionem assertivam eius obligationis, sed potius oppositam. Nos autem de opinanti absolute, & consideratis omnibus, quantum fieri potest, rationis, & auctoritatis hinc & inde momentis, atque ad hoc ipsum genus opinionum diriguntur commemorata modo evasiones, & distinctiones inter speculationem, & praxim. Quas evasiones, cum constituerit, esse vanas, ac insufficientes; Concluditur demum, necessariam omnino esse, uti jam dicebam, aliquam libertatem, ac indifferentiam opinandi in utraque libet partem, ut aliquando liceat, tum uti opinione minus probabili, & minus tuta, tum agere contra propriam præconceptam prius opinionem universaliter affirmativam obligationis ad aliquid.

Videndum jam superest de ejusdem libertatis, ac indifferentiæ sufficientia ad hoc utrumque.

* *

An, & quatenus sufficiat libertas opinandi pro usu licito opinionum probabilis contra priorem, propriam etiam cuiusque, opinionem?

ART. CLII. **M**aximi imprimis momenti esse pro sedanda, magna saltem ex parte, tota ista contentiosissima controversia de usu licito opinionum, distinctionem superius à me observatam, & quam doleo me non invenire expressè notatam apud auctores communiter, inter opinionem evidentem, atque omnino indubitantem, seu probabilem, seu minus probabilem, & opinionem non ulque deipatenter, seu probabiliorem, seu minus probabilem, sed cuius, seu superioritas, seu inferioritas, aut infra oppositam sit aliquouque dubia, obsecra, & anceps. Hujus distinctionis, nec ego olim memini in illa mea, hac de re, quaestione, & ratio, ob quam nil de ea sollicitus fuimus, credo hæc fuit. Quod nimirum quaestio de usu licito opinionum unice, vel certe præcipue respiciet opiniones, quæ tanquam probabiles circumferuntur apud auctores classicos, & approbatos, ac laudatos communiter, ita ut agnoscentur probabiles ab his etiam, à quibus rejiciuntur tanquam falsæ. Inter ejusmodi autem opiniones, tamen si quælibet earum sint suis oppositis probabiliore, aut minus probabiles re ipsa, idque videatur esse certum juxta principium Divi Thomæ superius à nobis præmissum de necessaria inæqualitate mutua quorumlibet invicem dissimilium, nullæ tamen sunt, quarum major, vel minor probabilitas, seu excessus, vel inferioritas probabilitatis supra oppositam opinionem sit indubitata, & evidens, ac facile pervia. Opinio enim, quæ tanta hujusmodi conspurcitate est verisimilis, aut minus verisimilis, non amplius dici solet probabilis, sed quæ est ita verisimilior, dicitur certior, & quæ est eodem modo minus verisimilis dicitur improbabilis; & hæc siquidem sit restrictiva dicitur scrupulus, seu nimium scrupulosus, live rō sit laxativa dicitur parum tuta, aut propterea tanta in conscientia; & utralibet sub aliqua ejusmodi censura excluditur à gradu probabilitatis. Hæc igitur effectum est, ut etiam plerique omnes scriptores alii eō sensum ferantur, ut dum agunt de usu licito opinionum probabilitatis, perinde dissertant, atque si nullæ prorsus essent opiniones, quarum excessus, aut inferioritas probabilitatis comparatione oppositarum opinionum sit evidens, atque omnino indubitata, aut apud omnes, aut apud plerumque, aut apud unumquemque. Pauci verò quidam alii debigunt, quod in nonnullis potissimum opiniones, quarum excessus verisimilitudinis super opiniones oppositas est, aut (quod perinde apud unumquemque valet) videtur sibi evidens, ac prorsus indubitatus. Et hæc opiniones ejusmodi ulque ad eō patenter præcipientes oppositis sint re ipsa paucæ intra vastum totius Theologiæ moralis ambitum, dum tamen ad ea, tanquam ad exemplaria, mentis aciem restringunt, ad quæ ea respicientes de universo opinabilium genere, quod latissime patet, quamplures species, ac gradus valde invicem inæquales sub se complectens, pronunciant, ac si in unaquolibet opinionum con-

triditione altera pars semper esset, absque ulla unquam exceptione, evidenter, ac indubitanter probabilior, altera verò eodem modo minus probabilis. Ista probabilioritatem usque adeo inter se disparium indistincta confusio, & æquivocatio accendit primis, nisi fallor, & foveat hodieque ardorem contentio- nis maximum in hac materia, qualis circa minimas quoque res concipi facile solet sub latebris æquivo- cationum, partibus hinc, & inde in diversa intentis, & unaquaque, vel altera earum attribuentem parti ad- versæ absurdum aliquid, ac planè intolerabile. Id quod, cum maximo veritatis in re maxima præjudi- cio, accidisse, circa nostram istam controversiam, nonnullis ex Probabilioristis, conjicere clarè potest attentus lector ex qualitate argumentorum Mercori præsertim, Marinarii, & Sinnichii, quæ superius re- voluimus, ac diluimus; siquidem impugnant patro- nos usus liciti opinionis minus probabilis, & minus tunc, ac si docerent licentiam operandi juxta quem- libet etiam levissimum prætextum, reclamantibus in contrarium fundamentis evidenter, ac palpabiliter longe majoribus. Cujus fallentiam suppositionis amissi inibi animadvertimus satis; distinctius ta- men, & utilius eadem apparebit, si breviter subjun- gamus, uti facere institimus, expositionem termi- norum, ad quos usque protenditur usus licitus præ- alteræ libertatis physicæ opinandi in utramlibet par- tem contradictionis, tum quoad delectum opinio- nis, tum maxime quoad deponendam præconcep- tam prius universalem opinionem, quando ventum est in particulari ad operationis instantiam hic, & nunc. Utar autem præcipue directione D. Antonini, 1. part. sum. tit. 3. cap. 16. §. 10. maxime verò reg. 7. & quæ posteam sequitur, quarta, & Adriani, quodl. quest. 2. punct. 3. §. 8. Ad rationes autè oppositas: ubi rem hanc accuratè, & magistraliter exponunt; prior pro- sedandis scriptulis, posterior pro justa dispositione conscientiæ.

ART. CLIII. Dico primò: Nulla libertas opi- nandi quædam confert ad usum licitum opinionis certò, aut evidenter, ac indubitanter minus proba- bilis, seu potius minus verisimilis. Patet hoc ex di- ctis suprà. Ostendimus enim art. 113. deesse nobis physicam potestatem, ac libertatem assentiendi opi- nioni, quam, & quoties manifestè, atque omnino indubitanter conjicimus esse minus verisimilem op- posita opinionem. Demonstravimus itidem nuper ab art. 142. fieri nullatenus posse, ut quis licitè, & abs- que peccato utatur opinione aliqua exclusivè obli- gationis, & peccati, quin assentiatur, seu potius quin præassentiatur eidem opinioni, dum operatur con- formiter ad ipsam. Patet igitur libertatem, ac indif- ferentiam physicam opinandi in utramlibet partem contradictionis, qualis à nobis asserta est, & qualis re ipsa datur, nullatenus sufficere, ut quisquam licitè uti aliquid possit opinione, quæ manifestè, atque omnino indubitanter sit apud ipsum minus verisimi- lis, quam opposita, qualiscumque de cæterò condi- tionis ea sit.

ART. CLIV. Quod si quis conjiciens mani- festam, atque omnino sibi indubitam præponde- rantiam fundamenti pro una parte contradictionis, ideoque impotens eatenus physicè assentiri opposi- tæ opinioni, seu alteri parti ejusdem contradictionis, quæ aliquin sibi apparet commoda, & perplacens, data opera avertat oculos à consideratione funda- menti probabilitatis illius manifestè, atque omnino indubitanter majoris, sequè totum impendat confi- derandis, ac promovendis, seu auctoribus, seu

rationibus suadentibus eam partem, seu opinionem, quæ manifestè, ac indubitanter deprehensa jam fue- rat minus verisimilis absolutè, efficere quidem hac arte poterit, ut inducat tandem in animum partem eam debiliorem, & minus verisimilem absolutè, ei- demque adhæreat assentiendo, ac si esset verisimi- lior, probabiliorque; cum per ejusmodi industriam, seu potius nequitiam, ac gyrum obtinere à se quis- que possit, ut opinetur de facto adversus ea, non solum certa ex fide divina, sed & evidentia, imò & adversus per se nota; efficere nihilominus eadem arte minimè poterit, ut evadat licitus, & im- munis à peccato usus opinionis taliter conceptæ. Quia pro usulicito opinionis minus probabilis, & minus tunc, postulat à nobis semper fuit, & postulat ab omnibus hujus sententiæ patronis, ut retineat probabilitatem, utque assenti illi possit, & assentiatur actu, qui eadem est usus, omnibus hinc, & inde maturè, ac diligenter consideratis, quæ sive ab auctoritate, sive à ratione occurrere cui- que possunt. In modo autem agendi proposito usque adeo hoc non præstat, ut oppositum potius fiat, dum de industria avocatur animus à consideratione eorum, quæ præ cæteris ad veritatem accedere, ac inducere posse præsentuntur. Unde nequitiosæ ejusdem circuitationis auctorem, eundemque cavil- latorem, ac palponem sui abs dubio comprehendit, ac reprobat illud, Psalm. 35. 4. Noli intelligere, ut benè ageret. Ubi Bellarminus, ut malè ageret, scien- tiam benè vivendi contempsit. Quis etenim magis prop- riè dici potest nolle intelligere, ut benè agat, & scientiam benè vivendi contemnere, quam qui, o- culis manu propria pulvere conspersis, terga vertit rationibus, quas præsentit ineluctabiles, & quia in- eluctabiles præsentit, ut concedat in eam partem, quam prævidit à veritate longius recedere, seu ad veritatem, quæ unicè quærenda est, minus accede- re, utque id in animum inducere possit, in quo cla- rè, ac indubitanter conspiciat minorem affulgere spem veritatis attingendæ, & majus adesse pericu- lum falsitatis incurrendæ? Jure igitur optimo Adria- nus adversus istum modum, seu formandi, seu depo- nendi conscientiam (est enim eadem utrobique ra- tio) per voluntariam aversionem intellectus à præpositi, vel causæ consideratione, ut est in volentibus actu ignorare per non considerationem. Utitur testimonio, Job. 21. 14. Ubi sanctus vir ejusmodi nequitiam impiorum plangit, his verbis: Qui dixerunt Deo. Recede à no- bis, & scientiam viarum tuarum nolumus. Quibus in eandem rem adjungit idem Adrianus illa paris impietatis verba apud Isaiam 30. 10. Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt; loquimini nobis placentia, vi- dete nobis errores. Averte à me viam, declinate à me sa- mitam, cesser à facie nostra Sanctus Israel. Qualia pro- fectò vota nemo animo concipere potest forma- liter, ut sonant. Quia error, & recessus à ve- ritate, atque à fonte veritatis Deo est intrinse- cè inamabilis, sicut omne malum, quatenus ta- lis formaliter est. Attribuuntur ergo talia deglu- tienti identicè, & materialiter, ut vulgò dicimus, ejusmodi perversionem intellectus, dum spretis, ac vitatis fulgoribus, quibus percutitur, magis con- spicius veritatis sectatur verisimilitudines, seu veri- tatis adumbrationes patenter, ac manifestè remo- tiores, magisque devias à veritate ipsa. Quod acci- dit in casu nostro.

ART. CLV. Consequens porro hinc est, ut qui post ejusmodi tergiversationem accedit ad operan- dum; tamen si fieri possit, ut extorqueat utrumque à se.

à semetipso assensum approbativum operationis concupitæ, utpotè commodæ, aut delectabilis, fieri tamen non posse, ut idem interea vitet remorsum conscientiæ memoris, saltem confusè, ac implicitè, rationum prævalentium in contrarium, propterea- que reclamantis electioni absolute, & omnibus undequaque consideratis minimè approbabili. Ex quo rursus consequitur, operantem sic, dum, & quia sic operatur, peccare de novo cum merito specialis leor- sionis, quæ convenit eidem operationi per denomi- nationem à prævio proposito inhonesto avocandi ani- mum à consideratione motivi, seu motivorum mani- festè, ac indubitanter prævalentium in contrarium, & quæ quatenus talia jam antè præluxerant. Quia remorsus conscientiæ resultans ex antecedenti co- gnitione non repulsa, seu non deposita legitime per motivum ad id sufficiens, aufert omnem veram cor- ram Deo excusationem operationis sub ipso exerci- tatio, uti animadvertit optimè Adrianus immediatè post verba mox à nobis relata. Conatus igitur homi- nis tentantis eo modo fallere seipsum, atque operari veluti clam seipso, est quædam chimera moralis, ut sic dicam. Quia retinetur quoad totum suum effe- ctum cognitio, quæ vitatur, seu potius dissimulatur, hæretque lateri læthalis atundo eò læthalius, ac per- tinacius, quò occultius. Cum enim hoc malum late- brose ejusmodi perverfitatis latè pateat per doctos de gente Scolorum, perque prorsus indoctos, ac rudes, est pessima præterea indolis in ordine ad veram emendationem, ac poenitentiam salutarem. Quia peccata ejusmodi, quasi furtivè patrata sub luce ma- ligna hebetium crepusculorum, difficulter deinde agnoscuntur; difficilius manifestantur plenariè, & difficillimè ad radices usque revelluntur ex animo deluso viscosa fallacis honestatis, aut parvæ malitiæ apparentia. Hoc genus peccati plangit in specie Au- gustinus circa gulam, lib. 10. *Confess. cap. 31.*

ART. CLVI. Dico 2. libertas physica opinandi in utramlibet partem contradictionis sufficit pro usu licito opinionis cujusvis practicè probabilis; hoc est affirmantis cum fundamento magni momenti, quale exposui *suprà*, art. 102. licet hoc, vel illud, seu age- re, seu omittere, sive talis opinio sit reipsa, aut mi- nus probabilis, aut minus tuta, aut minus probabi- lis, simulque minus tuta, sive sit magis probabilis, aut magis tuta, aut magis probabilis, simulque magis tuta; Dummodo excessus verisimilitudinis ex parte opposita ei, quæ deducitur in opus, non sit mani- festus, atque omninò indubitatus ipsi operanti. Hæc conclusio continet reipsa totum scopum quæstionis illius meæ, quam hoc opusculo vindicare conor, eandemque conclusionem, & nil aliud intendunt re- ipsa patroni usus liciti opinionis minus probabilis, & minus tuta, uti faciliè conjiciet quisquis fundamenta eorum, & contextum totius doctrinæ attentè, ac sin- cerè consideraverit. Deducitur autem ex dictis, ut cætera hic non repetam supervacue, quæ propo- sita fuere in illa mea quæstione. Potest imprimis unus- quisque, ratione præsertim libertatis physice opi- nandi in utramlibet partem contradictionis, assenti- ri absolute in casu posito utrilibet ex opinionibus in- vicem oppositis, prout libuerit, & juxta præsentem suæ voluntatis inclinationem, ac determinationem, ut patet ex præmissis. Deinde neque peccat volun- tate sic opinandi, neque voluntate operandi juxta o- pinionem jam præconceptam, quam tenet hic, &

nunc, & cui assentitur de facto absolute. Non pec- cat voluntate sic opinandi. Quia eligit opinari cum magno fundamento omnibus hinc, & inde dilige- ter consideratis, nullaque apparente, seu autem- te, seu ratione, quæ manifestè, ac indubitanter præ- valeat in contrarium. Qui autem sic opinatur, non utique opinatur incautè, insipienter, ac stulte, quod erat necessarium, ut peccaret opinando, seu eligendo sic opinari. Certè in speculativis, atque in nego- tiis pure humanis, ac temporalibus, qui opinatur præhabitis, pro, & contra fundamentis epulatis, non assimatur propterea ineptus, ac insipiens. Et autem eadem ratio laudabilis electionis opinandi in qualibet materia, sistentem intra terminos opinandi, atque præcindendo à proposito ordinante, vel non ordinante opinionem ad opus. Non igitur etiam- pis, ac peccaminosa voluntas opinandi modo dicto in materia morali, seu agibili. Sed neque voluntas operandi, juxta opinionem jam sic præconceptam, atque ipsius operis approbativam absolute pecca- minosa esse potest. Quia talis evadat necessè est actus voluntatis, qualis judicatus est judicio immediate præeunti, ac directivo ipsius, cum hoc judicium sit immediata regula humanæ cujusque operationis, juxta dicta ex communi, lib. 3. *Curf. Theol. quæst. 2.* Atque illud Apostoli ad Roman. 14. 3. *Quid autem est fide, peccatum est, verificatur positive, & negative, ita videlicet, ut similiter sit verum: Quod est ex fide, peccatum non est.* Enimverò, quod est ex assensu conceptu omnibus hinc, & inde consideratis, quæ de quantum considerare quique tenetur, est utique fide sumpta, juxta sensum illi verbo Apostoli com- munitè attributum cum D. Thoma, & 2. me libe- litum in loco mox indicato pro judicio simpliciter approbativo operis, quod quisque exequitur. Illud- modi judicium non habet, qui subest ignorantie vi- cibili, aut affectatæ, ac data opera non considerat rationes, quæ erant maxime considerandæ, ut in Conclusionem præcedenti visum est. Utique enim patitur actualem, vel saltem habituales remorsus conscientiæ in contrarium, id eo quod non operatur simpliciter ex fide, sed cum contradictione in se- metipso. Habet verò idem judicium simpliciter ap- probativum, qui operatur cum assensu, qualis nobis expositus est, & exigitur in hac conclusio- ne. Quia assentit honestati sui operis omnibus a- trimque diligenter consideratis, ac innixus funda- mento magni ponderis, quod ita computatur, cum toto fundamento oppositæ partis, ut possit præ- ferri, & tanquam majus, ac probabilius acceptum imperio voluntatis, & sic acceptetur, ac præteratur, quoties libet. Circa quod expedit relegere, art. 102. Constat itaque libertatem, ac indifferentiam phy- sicam opinandi in utramlibet partem contradic- tionis ita esse semper, & ubique necessariam pro usu li- cito utriuslibet ex opinionibus delicto, & illud sibi invicem oppositis, ut eadem sit etiam sufficiens pro eodem usu licito promiscuo utriusvis opinionis ex invicem oppositis, quoties neutri earum in excessus verisimilitudinis supra alteram manifestetur, atque omninò indubitatus.

ART. CLVII. Adde doctrinam traditam apud valere pro deponenda opinione sive universalis, sive particulari prius concepta, & pro admittenda loco illius, atque in animum inducenda, deducendaque in opus opinionis opposita, quando in neutra earum indubitanter agnoscitur excessus simpliciter verisimilitudinis supra alteram. Ita nimirum, ut nulla earum

apparens de novo ratione, vel auctoritate, pro, aut contra alterutrum partem contradictionis, quod ad intellectum attinet, propter solam supervenientem de novo specialem dispositionem voluntatis, & appetitum rationum pertinentium ad ipsam, incipiat dupliciter opinio, quæ placebat prius, & placere, quæ displicebat, propterea; determinetur intellectus ad opinionem contrariam opinionem prius conceptæ, & approbatæ. Cum enim intellectus in ejusmodi assensibus, ac dissensibus dependeat à voluntate, ejusdemque imperio determinetur, ut dictum est; novitas, quæ dicitur affici voluntatem, ejusque affectum transferat ad extremum contrarium priori, afficit etiam intellectum indirectè, & transfert ab assensu ad dissensum, aut è contra. Et quidem transitus voluntatis ab affectu ad affectum, & propositum contrarium contrarij facillimè, quando ex deliberatione abstracta, & universalis sit descensus ad particularem, & individualem deliberationem, & considerationem operationis hic, & nunc imminens. Quod præterquam experientia quotidiana nimio opere manifestum est, ratio quoque evincit faciliè obvia, & clara. Nempe diffuciles, & arduas operationis hic; & nunc executioni mandandæ cadit sub sensum, & experimentalem, ac intuitivè percipitur directè, vel saltem indirectè, cum prius in deliberatione universalis abstractæ tantum dignosceretur, & secundum prædicatam communiam, quæ appetitum sensitivum minimè promovet directè. Est autem longè diversa vis cognitionis intuitivæ, ac experimentalis, ab ea, quæ inter cognitionis abstractivæ, & secundum prædicatam communiam, apparetque rerum facies valdè diversa sub altera, & altera representatione; estque dispar similiter cognitio voluntatis repugnaturæ appetitui sensitivo vehementer commoto, ac renitenti sub operationis instantia, cum nil, vel certè remissius multo commoveretur, ac reniteretur sub consideratione abstractivæ, ac universalis propter incapacitatem sensus respectu rationum abstractarum, ac universalium. Existat igitur usque adeo diversa voluntatis dispositio, & affectio sub universalibus, & sub individuali operationis consideratione provenit, ut quæ facilitate applicat, ac determinat intellectum ad opinionem assertivam, ac inductivam obligationis ad aliquid sub terminis universalibus, eadem eundem applicet, ac determinet ad opinionem oppositam, quando ventum est ad opus hic, & nunc, & ad deponendam interim priorem opinionem.

*Uterior expositio, & confirmatio
assertæ libertatis opinandi
absque peccato.*

ART. CLVIII. **Q**uod autem istiusmodi vi-
cissitudo opinionum con-
tingere possit, ac sepe contingat absque peccato, si
nulli obstat aliud, quando opiniones utrinque sunt,
quales à nobis propositæ fuere, nempe absque mani-
festo excessu alterius supra alteram, probatur eadem
ratione, quia nuper illustrimus pro licito in utramlibet
partem delectu, & usu ejusmodi opinionum. Quia
quod quis tenuerit jam alteri utrum opinionem, ean-
demque pleno, quantum in opinabilibus fieri potest,
assensu præteritis oppositæ opinioni, solum efficit,
ut hanc prius postpositam, rejectamque opinionem
proponat deinde, amplectaturque tanquam melio-
rem, ac probabiliorē cum difficultate aliquanque

majori, seu potius cum minori facilitate, quam si non præcelleret voluntas præferendi, quod deinde postponendum est, & converso, juxta ponderationem circa hoc præmissam supra ab art. 137. Rationes enim honestatis, & inhonestatis, cum non cadant sub sensum, sicut ratio commodi, & incommodi, facili, & difficilis operis, non possunt mutare faciem, & forturi apparentiam diversam, quando ex universalis consideratione descenditur ad particularem, agiturque de operando hic, & nunc, sed ex hoc præcisè capite manent prorsus eadem, & apprehenduntur eodem modo. Quapropter intellectus, quantum est ex se, & ex vi motivorum directæ, ac immediatè pertinentium ad ipsum, permanet in eadem illa dispositione parendi indifferenter imperio voluntatis, sequendique eius ductum quoad depositionem opinionis prius præconcepæ, in qua primitus fuerat quoad eandem opinionem non admittendam, sed oppositam; ac proinde idem, qui sub deliberatione universalis, & nondum urgente operandi, opportunitate, ac difficultate presentis elegit opinionem inductivam, seu inductivam obligationis cum potestate eligendi oppositam, potest similiter omnibus rursus hinc, & inde consideratis, ac recognitis transire iuxta conscientiam ad opinionem oppositam, dum sentiens præteritum conformandis præconcepæ prius sententiæ difficultatem simul advertit absque ulla convincenti, aut certò præponderanti, seu auctoritate, seu ratione conjici se in angustias fragilitatis suæ periculosas, aut tepori spiritus graves, atque adesse pro parte contraria liberanti ab eo onere fundamentum magni momenti, seu motivum, quale plerumque non fallit. Suffragatur huic parti doctrinæ ultrà communem plurimorum, & optimorum postremi hujus sæculi auctorum consensus, de quo controversi, nisi protervè non potest, D. Antoninus ubi supra reg. 4. verbis, quibus obiter exponitur testimonium quoddam quod nimium confiderent abutuntur adversarii: Verba D. Antonini sunt. *Quod autem dicit D. Thomas in quodl. 3. quæst. 4. art. 2. (quodl. nunc 8. quæst. 6. art. 13.) Quando duo sint opiniones contrarie de eodem, oportet alteram esse veram, & alteram falsam. Aut ergo ille, qui facit contra opinionem magistorum, ut potè habens plures probandas, facit contra veram opinionem, & sic non excusatur à peccato, cum faciat contra legem Dei, quamvis non faciat contra conscientiam. Hæc enim verba B. Thomæ non possunt intelligi, nisi de his, ubi manifestè patet ex scriptura, vel Ecclesiæ determinatione, quod sit contra legem Dei, & non de illis intelligi, ubi non apparet (nempe manifestè). Alias sibi contradiceret in eodem libro, quod non esset credendum. Excusatur ergo à peccato ex mente D. Antonini, qui in materia juris positivi tenet, & exequitur opinionem, quæ tamen si falsa sit, non tamen manifestè apparet, quod falsa sit. Alioquin interpretatio non subsistit, ut patet. Nec minus clarè patet eandem esse rationem de manifestæ contrarietate ad legem naturalem ex principis synderesis, vel communi sapientum consensu tanquam de re certa in materia pertinente ad ius naturæ. In hoc autem, quod dicitur de manifestè patere, ac apparere, vel non, intelligitur, abs dubio ratio man fecti, qualis plerumque datur, & est possibilis in operationibus humanis, nempe ut sit clara, atque omnino indubitata præponderantia fundamenti pro ea opinione, contra quam non potest quis agere sine peccato, tamen si veritas ipsius opinionis nec sit evidens, nec certa ex hîde.*

ART, CLIX, Constat hanc esse mentem Antonini.

tonini, inter alia plura, ex iis, quæ dicit sub finem regulæ ejus quartæ de tertio gradu certitudinis moralis, seu civilis. Conjungit enim hæc duo, tanquam invicem convertibilia, quod clarè denotat certitudinem ab eo dici moralem, non ex eo, quod perinde ferè infallibilis sit, atque certitudo physica, aut metaphysica, uti nonnulli usurpant per absurdum in re præsentis, sed dici moralem, quatenus est certitudo congruens moribus, & qualis quæri solet in deliberationibus civilibus. Exponit hoc distinctè similè idem S. Doctor, subdens ex Philosopho, Disciplinam esse, in unaquaque re certitudinem quærere juxta exigentiam materiam, certitudinem moralem non consurgere ex evidentia demonstrationis, sed ex probabilibus conjecturis, grossis, & figuratibus magis ad unam partem, quam ad aliam se habentibus, seu ex iis, quæ pluribus, & maxime sapientibus apparent vera; nempe ex motivo, ut supra dicebamus, plerumque non fallenti, & quod magis se habeat ad verum, quam ad falsum. Ex quibus concludit sic: Ex his igitur sequitur, quod in humanis agilibus, quæ tantam habent varietatem, teste Aristotele, & experientia, sufficit talis certitudo, quæ non semper scrupulos omnes abiciat, sed sufficit, ut contemnat, seu superet eos. Quod utique fit adjungendo motivo intellectus non præminenti manifestè, atque hac præcisè de causâ insufficienti ad abiciendos penitusque dissipandos scrupulos, in sperium voluntatis, ad cujus efficaciam pertinet contemnere illos, & superare adigendo intellectum, ut amplectatur motivum præminens secundum quid ad modum præminenti simpliciter, quando non est manifestus excessus simpliciter motivi pro parte opposita rigidiori. In quam sententiam subdit opportunè S. hic Doctor. Ad quod etiam optimè facit illud Leonis Papæ dicentis: In his quæ dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis, nec decretis SS. PP. invenitur adversum dist. 14. cap. Sicut quædam. Quod lanè verificari potest absque certitudine moraliter infallibili, & cum sola certitudine, qualis plerumque dari solet in deliberationibus, & operationibus humanis, ut dictum est. Huic sic exposuit certitudinem moralem, quæ coincidit reposita cum opinione, quæ à nobis dicitur verè probabilis, utpotè innixa fundamento, quale plerumque non fallit, seu quod est magni ponderis, congruunt omnia, quæ tradit idem in eod. cap. 20. de conscientia, tota reg. 6. & 7. de repellendis, ac deponendis scrupulis. Sed quia sunt nimis multa, ut huc transferantur omnia, do pauca hæc in specimen, Reg. 6. fine. Ille, qui agit scienter id, de quo dubitat esse mortale, permanente dubitatione, mortaliter peccat, etiam si illud in se non esset mortale, sumendo propriè, & striatè dubitationem, videlicet prout rationes sunt aequè ponderantes ad utramque partem, nec magis declinat quis ad unam partem, quam ad aliam. Sed si dubitet leviter quis per modum scrupuli, sicut dubitat, seu formidat habens opinionem de aliquo, quia ita inhaeret ipsi sententia, quod tamen formidat de opposito; sic agendo contra tale dubium non peccatur, dum adhæret opinioni alicujus Doctoris, & habet rationes probabiles pro ipsa magis, quam pro opposita opinione, etiam si ipsa opinio, quam tenet, non esset vera. Et hoc nisi ipsa opinio sumpta esset contra manifestum testimonium Scripturæ, vel determinationem Ecclesiæ. Talis enim non operatur in dubio mortalis, sed secundum opinionem probabilem. In quibus quod dicitur de æquiponderantia rationum, seu de rationibus hinc, & inde æqualibus, & de dubitatione pro-

prie tali inde necessario subsequenti, exposuit à nobis fuit supra, & pluribus confirmatum ab art. 13. & alibi inter alia ex D. Thoma, à cujus mente, & sensu loquutionis haud quaquam recedit D. Antoninus. Exposuimus similiter art. 13. & prius, ac deinceps illud de ratione magis se habente ad unam partem, quam ad aliam inopinabilibus, ut nullus passus differat nostra quoad hoc doctrina à doctrina contenta in verbis relatis D. Antonini.

ART. CLX. Adde hæc alia ex regula 7. sub titulum: Inter duram, & benignam circa præcepta sententiam benigna est potius ceteris paribus interpretatio facienda. Cui consilio nullus esset locus, si nulla esset libertas in eligendis, retinendis, ac deponendis opinionibus, sed semper esset opus ratione ex se præcisè necessario victici. Adde regulæ ex Reg. 4. initio. Cum bona conscientia postquam re unam partem alicujus opinionis, & secundum eam perari, secluso saltem scandalo: quæ scilicet per arduam se notabiles Doctores, dummodo talis opinio non sit contra auctoritatem expressam Sacra Scriptura, nec contra determinationem Ecclesiæ Catholica, & quod etiam ex contrarietate talium opinionum non inducatur ad dubitandum, sed bonam sibi conscientiam, & credulitatem formatam, quod credit tanquam de probabiliori parte, & præsumit quando quis adhæret diligentiam inquirendo, an sit, ut invenit aliquid, quod eum sufficiens motus ad hoc, quod sit illicitum. Ita postrema cautela de non sufficienter movente, seu de motivo non necessitante opinionem, quod sit illicitum, nec necessario remanente ab opinione, quod sit licitum, adhibita à nobis etiam est, & confirmata ex professu in superius, atque inibi observatum pariter etiam adhaerentem alterutri parti contradictionis, ubi proinde parte apparet motivum manifestè, ac indubitante verosimili, eo ipso adhærere illi tanquam probabiliori. Habemus igitur consentientem per omnia D. Antoninum, & cum ipso præcipuos quoque eius temporis Theologos, quorum sententias refert ipse diligenter in eundem sensum, licet referri facile possunt, & referuntur à pluribus auctoribus præcipui hujus temporis. Subjungo D. Antonino Adrianum, ubi supra ad primum de depositione conscientia, id est, opinionis prædictæ prioris, circa quod omnibus duobus modis deponendi, quos præmittit, considero tertium per rationes inducentes in contrarium, quem modum subdividit in duos rursus alios, primum insufficientem per rationes inductivas dubii, & suspensivum tam assensus, quam dissensus, & alterum, quem approbat ut sufficientem, his verbis: Secundo modo, cum inducitur in contrarium iudicium, sine assensu: Et cum sic deposita fuerit conscientia circa nullitatem matrimonii (quæ erat materia particularis argumenti) potest reddere, & exigere: dum tamen ex rationabilibus motivis, & non levibus, aut temerariis, ad hoc mutatur. Quam limitationem nos quoque apponimus semper, & apponunt omnes nostræ, ejusdemque communis sententia auctores, solumque reprimimus Adversarios, quatenus exigunt, quod non cedit Adrianus, ut depositio conscientia, seu opinio fiat ex rationabilioribus motivis, aut non periculis, quando opinio jam deponenda concepta fuit. Concludo itaque esse licitum non modo delectum utriusvis partis contradictionis, sed etiam depositionem opinionis prius conceptæ, & transiitum ad oppositam opinionem, juxta novam voluntatis inclinationem, & affectum efficacem, quoties pro utraque parte adsunt motiva momenti absolutè, & compa-

hinc magni, & pro neutra adest excessus verisimilitudinis manifestus ac indubitatus. Quæ duo exprimitur, & expressi theoriam majoris claritatis gratia, cum res ipsa pars prior contineat in se posteriorem, uti & superius iterum adnotavi, & quilibet facile conjicere potest potest.

ART. CLXI. Exhucusque discussis circa libertatem, & physicam, & moralem opinandi, colligitur verum esse, quod superius insinuaui, opiniones, quæ communiter circumferuntur, ut probabiles auctoritates Catholicos pios, & doctos, seu qui quaeruntur, & leguntur passim à fidelibus non quaerituris, & lecturis absque spe addiscendi veram, sanamque doctrinam, eo ipso esse eligibiles, & deducibiles in praxim tutam conscientia apud plerisque omnes, licet apud omnes, iis tantum exceptis, qui sunt capaces discutendi per seipsos fundamenta opinionum singularium, tum ab auctoritate, tum à ratione, eademque ita invicem conferendi, ac librandi, ut condecere valeant, an alterutra ex parte adsit excessus verisimilitudinis manifestus sibi, ac indubitatus, & quatenus adhibita attentè, ac seria diligentia conjuncta esse talem ex altera parte excessum in occurrente, seu electione opinionis, seu operatione. Ratio hujus, tam illationis, quam exceptionis est usque adeo clara ex dictis, præsertim animadversa, quoad illationem, notationem, quam præmissi art. 131. sub initium, & quoad exceptionem, doctrina tradita totius art. 132. Ut neutra pars indigeat ulla amplius declaratione, aut confirmatione. Adde distinctionem datam quoad delectum, & usum licitum opinionum inter peritos, & imperitos, valentes, & non valentes per seipsos librare momenta fundamentorum cuiusque opinionis doceri inter alios à D. Antonino, in prædicato cap. 10. de conscientia, sub finem inductis, pro certificatione, & securitate sapientium illo Prov. 27. 11. *Stude sapientia fili mi.* & pro inerruditione Dnt. 32. 7. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, majores tuos & dicent tibi.* Adde & experientiam propriam, si quid forte sincera ejus expressio moveat quemquam, aut juvare possit. Aliquas opiniones ita teneo in questionibus controversis, ut opinionibus contrariis assentiri nullo pacto possim, tametsi maxime vellem, si in communi, si in particulari, si ve assensu speculative practico, si ve assensu practico practico; ex gr. lib. 8. *Curs. Theol. quæst. 45. art. 7.* tenui electionem non solum indigni, verum etiam minus digni prætermissio digniori ad officia conservativa, & promotiva boni communis, præsertim iurisdictionalia, esse injustam, atque ex suo genere lethaliter peccaminosam. Tenui similiter inibi, in respons. ad 7. art. 3. Distributorem dotium, & aliarum similiarum largitionum cum libera facultate eligendi personas individuas, quibus distribuat, ac largiatur, injustè agere, si paciscatur de parte pectinæ arbitretur propter electionem unius personæ, cui subveniat præ aliis, & quidquid ita retentum fuerit, esse obnoxium restitutioni. Docui item, lib. 10. *quæst. 35. ad 8.* circumstantias, ut vulgò dicitur, aggravantes intra eandem speciem esse necessariò exponendas in confessione Sacramentali, non quidem quoad omnes suas etiam miniores differentias; bene tamen quoad omnem rationem, seu rationes differentiales unius peccati ab alio, quarum quælibet actumdam se, ac seorsim sufficeret ad peccatum lethale ex gr. furantem una vice centum aureos, aut occidentem una explosione decem homines, non satisfacete, si dicat, commisi furtum grave, seu homicidium, sed teneri exponere determinatè quantitatem, & nunc

rum. Vide ibi. Dico autem opiniones istas, ut & alias non admodum paucas in questionibus controversis habentibus auctores hinc, & inde bonos, ac venerabiles, ita nihilominus à me teneri, ut oppositas opiniones in animum inducere, aut quoquomodo juxta eas operari, nullatenus mihi liceat, nulla quæ arte, nulla inclinatione, aut imperio voluntatis consequi ex me possim, ut existimem licere id mihi, aut hic, & nunc, aut universaliter, & in abstracto. In eadem porro animi dispositione, atque adhesionem fui erga sententias oppositas iis propositionibus, quibus zelo, & consilio optimo severè interdixit Alexander VII. scilicet record. ante etiam, quam illis interdiceret, aut de interdicendo ageretur. Quia videlicet in præmemoratis, aliisve similibus opinionibus excessus verisimilitudinis supra oppositas est mihi omnino manifestus, ac indubitatus, ideoque retrahit me necessariò ab assensu earundem oppositarum opinionum tum universalium, tum particularium, ac individuum, dum omnia hinc, & inde considero, quantum pro mea tenuitate possum, & quantum quilibet considerare tenetur circa mores, si ve doceo oporteat, si ve operari. Circa quæstiones, res alias morales communiter controversas ita per omne dispositum me sentio, ut absque remotione conscientie de peccato in utramvis partem flexi facile possim per solas rationes pertinentes ad voluntatem, nulloque superveniente motivo, quod intellectum specialiter alliciat ad alteram determinatè partem, eademque devinciat, aut absterreat ab opposita, uti accidere posse docebat in genere D. Thom. *supra art. 105.* ac lapsus deinceps. De facto tamen id nunquam exequor propter considerationem subjungendam circa sequens argumentum.

Expenditur testimonium D. Thom. de usu licito opinionum.

ART. CLXII. Sed antequam ad illud transeo, libet regredi ad verba D. Antonini relata *supra art. 157.* ante medium, quatenus cum præmississet sententiam D. Thomæ, de faciente contra veram opinionem, & non exculato à peccato, tametsi non faciat contra conscientiam, atque subjunxisset ea verba D. Thomæ non posse intelligi, nisi de his, ubi manifestè patet ex Scriptura, vel Ecclesiæ traditione, quod sit contra legem Dei; addidit demum, *alias sibi contra diceret in eodem libro, nempe in quodlibetis.* Quod ut firmiter credatur, tametsi abundè sufficiat auctoritas ita dicentis Antonini viri Sanctissimi, & in D. Thomæ versatissimi, atque, inter alia, eximio erga ejus doctrinam cultu, ac prona adhesionem laudatissimi; è re nihilominus erit, si hic subinserantur ipsa verba D. Thomæ, quæ habentur, *quodlibet. 3. q. 4. art. 10.* cujus titulus est: *Vtrum discipuli sequentes diversas opiniones magistrorum, excusentur à peccato erroris?* Respondet autem: *In iis, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores nullus excusatur, si sequatur erroneam opinionem alicujus magistri. In talibus enim ignorantia non excusat. Et probat primò ab incommodo, quia alioquin a seclæ hæreticorum fuissent immunes à peccato; deinde auctoritate Augustini dicentis: Consulete unumquemque debere regulam fidei, quam scripturarum planioribus locis, & Ecclesiæ auctoritate percepit. Tum concludit: Qui ergo assentit opinioni alicujus magistri contra manifestum Scripturæ testimonium, si ve contra id, quod publice renetur secundum Ecclesiæ auctoritatem, non potest ab erroris*

eum probabilis ut tale raro per Doctores innotescit cetero. Opponit. Gonet. artic. 2. lxx dissent. §. 2. fms, hac verba Scoti in 3. dist. 25. quest. 1. ad 1. dub. occurrentes. Sicut in moralibus, quando sunt alterationes de aliquo peccato, quando primum est mortale, ut si unus peccat in scientia dicat, quod non licet sic merari; & alius dicat, quod licet: tutius est non procedere sic, nec sic, sed expectare quousque veritas pateat aliunde. Si enim ita esset, quod unus Doctor diceret, aliquem peccare mortaliter, & sic faceret, & alius, quod peccaret, si sic faceret, tunc simplex foret perplexus. Ideo bene videndum est in moralibus, antequam aliquid asseratur. Et per hoc patet, ad secundum: Dico ad hæc; difficile esse priorem penultimum huius contextus quoad sensum grammaticalem. Quia præmissis, uno dicente contractum talen esse illicitum, & alio dicente contractum esse illicitum; Subjungitur, tutius esse, nec sic procedere, nec sic: Quod perinde videtur esse, atque si diceremus, in eo casu tutius esse, nec facere talem contractum, nec omittere. Hoc autem est impossibile, ac proinde nec tutius est, nec minus tutum. Cæterum quod rem nostram nulla est difficultas, nec umbra difficultatis. Quia quidquid illud sit, de quo Scotus pronuntiat tutius esse, nil id facit ad questionem. Questio enim nostra non est, an hoc, vel illud sit tutius, an minus tutum; sed an positum, & agnito, quod aliquid sit tutius, teneamur ad illud sub peccato, si simul non sit minus probabile, quam oppositum. De qua re nil dicit, nil insinuat Scotus. Similiter in posteriori periodo non loquitur Scotus de cautela in agendo sub tali, vel tali opinione, sed de cautela in docendo tales, vel tales opiniones. Nostra autem questio procedit directè de cautela in agendo, seu de usu opinionum non de opinionibus ipsis. Neutra igitur pars ad rem nostram pertinet. Jam quoad illam particulam prioris periodi; Quousque veritas pateat aliunde; tu dicis, veritas pateat per rationem probabiliorum, ego dico, per rationem saltem probabilem, cui acquiescat intellectus. Scotus neutrum dicit determinatè. Ergo, quod ad Scotum attinet, manemus sicut prius, nisi quod qui est contentus genere, videtur esse contentus infima etiam specie generis. Quod facit pro nobis. Illud denique de perplexitate simplicis, uno perito affirmante, & alio negante, accidit frequenter. Veniunt enim, & proposito casu addunt; talis mihi respondit affirmative, talis negativè, ego neutri satis fido, tu quid dicis? Ego, vel protinus, vel interposito studio expono illi, quod mihi occurrit, & addo, si opus est, rationem, quæ videtur opportuna. Ille acquiescit, vel mihi, vel meæ rationi, vadit, & operatur sine scrupulo; atque huius generis est, quod supponitur à Scoto. Quid autem hinc ad rem? An ne quilibet petens contra quemlibet peritum, & apud quemlibet facit opinionem probabilem? Aut quilibet est dispositus, ut discernat, atque agnoscat probabilitatem, vel probabilitatem, ubi ipsa adest, ut non incidat in perplexitatem? Vide quæ dixi ab artic. 133. de elisione motivorum invicem oppositorum, & quæ dicam infra de dubitante artic. præfertim 191. Videtur propter hæc agnovisse R.P. Gonet nil se concludere posse ex hoc textu Scoti, & idèd ejus verbis, interjecta sola virgula, & cum eodem caractere curativo, annexit hæc alia: Quia videlicet, cum habens duas opiniones contrarias perplexus sit, periculose se determinaret ad unam, nisi diligenter inspecta, illam probabiliorē agnosceret. Verum hæc non dicit Scotus, & fortè fuit error Typographi; sed nec inferuntur ex Scoto, ut patet ex dictis. Tertius locus Scoti sumitur ex 4. dist.

Pars II.

11. quest. 6. ad 1. dub. Cum dubium sit, ait, an amidum sit huiusmodi materia, & pars negativa multum sit probabilior, non sine peccato aliquis se exponit tali dubio. Hoc testimonium, quod idem Gonet proponit cum additione similiter in fine, & cum diminutione, ac transmutatione in principio, constat clariùs ad rem nil facere. Quia Scotus agit ibi de opinione speculativa circa naturam physicam materiæ Sacramenti. Nostra autem questio est de opinione practica circa licitum, & illicitum; peccatum, & non peccatum. Et præterea omnes unanimi consensu tenemus, ex opinione speculativa utrumque probabiliter circa qualitatem materiæ Sacramenti non posse subduci opinionem practicam probabilem de usu per se licito talis materiæ in perficiendo Sacramento. Concedimus ergo adversariis plus etiam, quam habeatur ex hoc loco Scoti, sed quod nil conferat ad scopum controverfiæ. Vide si placet plura similia diligenter discussa apud Meldulam in loco indicato.

PARS TERTIA.

De Argumentis ex periculo operandi sub opinione.

Postremum argumentum, ex periculo transgrediendi legem, propositum, & solutum à D. Antonino.

ART. CLXIV.

ARGUMENTO desumpto ex periculo transgrediendi legem Dei jam olim usi sunt, ante etiam Gersonem, gravissimi Theologi adversus opiniones ineptas, leviter, aut nulliter fundatas, adeoque minime probabiles, & morum, ac legum corruptivas. Nuperi autem probabilioristæ, & fautores certitudinis morales tanquam omnino requisitæ ad operandum honestè, & sine peccato abutuntur eodem argumento admodum ferventer, ac animosè adversus usum opinionum verè probabilium, habentium auctores elasticos, & laudatos communiter, atque magni meriti habitos; & quæ nituntur fundamentis minime contemnendis, sive absolute, sive etiam comparative. Accumulant eam in rem textus quam plures, & eorum pro parte nostra interpretationes cohibitivas eorumdem intra ambitum veræ probabilitatis etiam infimæ, ac minùs tutæ, & exclusivas progressus ad usque, vel majorem probabilitatem, vel certitudinem moralem, explodunt, derident, detestantur tanquam ineptas, illegitimas, violentas. Res ea visa est mihi digna, cui plussculum immorer adhibitis nonnulli considerationibus, quas spero futuras esse utiles detegendæ, insinuandæ, ac evincendæ, quoad hoc punctum, veritati. Libet autem, ac juvabit præmittere, ante omnia, discursum desuper D. Antonini, qui præcipuos ejusmodi textus attigit, & præcipuas interpretationum vias aperuit, ut opposito tantæ authoritatis obice comprimitur præindicata adversariorum audentia, & lectorè, nullo præoccupatum præjudicio, promiorè, ac attentiorè habeamus circa ea, quæ subjiçienda deinde à nobis sunt

H 2

sub

sub directione, ac manu ductione sapientissimi, piissimique Doctoris.

ART. CLXV. Dicitur quæ Antoninus: cujus verba, & apices omnes pro meis haberi volo, & loco verborum meorum appono tanquam meliora, quo etiam titulo non multo ante partem eorum iterum descripsi. Argumentum petitur ex periculo transgrediendi legem per usum opinionis minus tutæ, nec moraliter certæ, proponit, ac diluit in hunc modum in sum. i. p. tit. 3. c. 10. §. 10. reg. 6. Solet autem impedire repulsionem scrupulorum (de qua est tota illa reg. 6.) Sententia aliquarum auctoritatum non bene intellectarum, & ideo declaranda sunt, ut illa, quæ habetur extra de spons. (forte cap. Juvenis de spons.) scilicet in dubiis tutior via est eligenda; propter quod scrupulosus eligit viam rigidiorē. Sed ad hoc respondetur, quod eligere viam tutiorem, consilium est, non præceptum, alius oportet multos ingredi religionem, in qua tutius vivitur, quam in sæculo. Non ergo de necessitate oportet tutiorem eligere, quando etiam alia via potest eligi. Sicut enim diversa via tendant ad unam Civitatem, licet una tutior alia sit; sic ad Civitatem celestem alius sic vadit, & tutius: licet aliquis tutiori modo. Item quia dicitur Ecclesi. 3. Qui amat periculum, peribit in illo: Hinc est, quod B. Thomas, & alii dicunt, quod ille, qui agit id, de quo est dubium; utrum sit mortale, vel non: peccat mortaliter, quia periculo se exponit mortali. Cum ergo in aliqua re mortali sunt variae, & contraria opiniones; ille, qui adhereret opinioni latioris via, videtur se exponere periculo mortali, quia in dubio; cum possit illa opinio esse falsa, & contraria vera. Sed ad hoc respondetur, quod utique ille, qui agit scienter id, de quo dubitat esse mortale, permanente dubitatione, mortaliter peccat, etiam si illud in se non esset mortale, sumendo propriè, & strictè dubitationem; videlicet prout rationes sunt aequè ponderantes ad utramque partem, nec magis declinat quis ad unam partem, quam ad aliam. Sed si dubitet leviter quis per modum scrupuli, sicut dubitat, seu formidat habens opinionem de aliquo, quia ita inhaeret ipsi sententia, quod tamen formidat de opposito; sic agendo contra tale dubium non peccatur, dum adheret opinioni alicujus Doctoris, & habet rationes probabiles pro ipsa magis, quam pro opposita opinione, etiam si ipsa opinio, quam tenet, non esset vera. Et hoc nisi ipsa opinio sumpta esset contra manifestum testimonium scripturæ, vel determinationem Ecclesiæ. Talis enim non operatur in dubio mortali, sed secundum opinionem probabilem, quod magis declarabitur in septima regula. Quod etiam Gregorius dicit. Bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est dist. 5. Ad hoc dicit glossa, agnoscere, id est, timere, & non per assensum firmum determinare. Hoc enim stultum esset secundum Cancellarium. Ex septima porro regula, ad quam se pro uberiori luce remittit, quoniam diffunditur latius, suffecerit hic exhibere, ultra ea, quæ non multo prius, expensa à nobis fuisse, priorem illius partem, cui consonant reliquæ, ut potè ab eadem derivatæ. Septima regula est, ait, pro scrupulorum depositione, præceptorum discretæ Epicalzatio, id est, interpretatio, vel declaratio. Aequitas enim, quam Philosophus nominat Epikteiam, præponderat rigori secundum juris peritos. Est autem æquitas, justitia, pensatis omnibus circumstantiis particularibus, dulcore misericordie temperata. Et ait sapiens: Noli esse nimis justus, qui perit in justitia sua. Pertinet autem ad virtutem Epikteia considerare, non nudum de se præceptum sed circumstantias omnes ipsius particulariter respicientes. Vnde Philosophus §. Ethic. di-

cit, quod Epikteia interpretativa legum est melior, quam justitia legalis. Et secundum hanc virtutem Epikteia possumus præcepta Dei, Ecclesiæ, prælatorum, seu palam benigne interpretari. Et in foro quidem contentiosus esse interpretari, cujus est concedere, vel sententia, sed in foro conscientie circa præcepta, & Divina, & humana, dico, quod pertinet ad quemlibet pro sua sententia tamen rationabiliter interpretatur. Et secundum hanc de Tamb. septuplex doctrina per virtutem Epikteia scrupulosa conscientia profusa dari potest. Quarum prima est, inter duram, & benignam circa præcepta sententia, quod benigna est potius ceteris paribus interpretatio scienda, quod etiam asserit Guili. Hujus ratio est, quia præcepta Dei, & Ecclesiæ non sunt ad tollendam omnem spirituales dulcedinem, qualis certe tollitur, quando nimis scrupulose, & timide præcepta interpretantur. Secunda doctrina secundum virtutem Epikteia est, quod Deus, nec Ecclesiæ per sua præcepta intendit obligare ad impossibile alicui. Cum enim secundum regulam juris nemo possit ad impossibile obligari, extra de reg. jur. l. 4. Non solum dicitur impossibile, quod absolute non est possibile, sed etiam videtur interpretandum secundum virtutem Epikteia in lege nova esse impossibile, quod tunc est possibile, ut potè nimiam habens difficultatem. Alio quomodo salvaretur illud? Omne meum iure dicitur. c. Tertia, &c.

ART. CLXVI. Habes in his 1. exemplum auctoritativum accipiendi, tanquam consilia, & non tanquam præcepta, textus suggerentes tutiorem opinionem in dubiis; Eligere viam tutiorem consilium, non præceptum. 2. Idem exemplum non ampliandum eisdem textus ad opiniones probabiles, seu assensuantes magno fundamento, sed restringendi ad parvas dubitationes; sumendo propriè, & strictè dubitationem. 3. probabilitatem opinionis, quam ut licet jam olim fuisse eam, quam fundat auctoritas alicujus Doctoris, cum rationibus, quibus quis assensum tantum melioribus, ac præeminentibus iuxta dicta supra art. 113. dum modo non alio parte contraria manifestus, ac indubitatus ex celis fundamenti veritatis: Dum adhaeret opinioni alicujus Doctoris, & habet rationes probabiles pro ipsa magis, quam pro opposita: Nisi ipsa opinio sumpta esset contra manifestum testimonium scripturæ, vel contra traditionem Ecclesiæ, ut etiam tra debet D. Thomas expensis à nobis paulo prius. 4. non esse inventionem modicam, aut theologorum propriam devastantium Ethicæ Christianam, quod excuset prius à peccato, in qua indistincta materia, ignorantia involuta conferta opinioni ejusmodi probabili: Etiam ipsa opinio, quam tenet, non esset vera. 5. ad virtutem pertinere, quod interpretetur benigne præcepta divina, & humana, atque interpretatione rigida, aut altera textuum præferentium oppositum locupletos exiccavos spiritus, & ablativos hilaritatis, & solis imperat repulsionem scrupulorum sententia aliquarum auctoritatum non bene intellectarum: secundum hanc virtutem possumus præcepta benigne interpretari: præcepta Dei, & Ecclesiæ sunt ad tollendam omnem spirituales dulcedinem, qualis certe tollitur, quando nimis scrupulose, & timide præcepta interpretantur. 6. auctoribus in doctrina moralis rigidis, & nolentibus uti justitia dulcore misericordie temperata sapienter, & piè suggerit ad emolliendam eorum duriciem illud Ecclesi. 7. 17. Noli esse justus multum. Et illud Christi Domini Matth. 23. Equum enim meum suave est, & onus meum leve: Equidem hæc illis opponit S. Antoninus dictas vulgatas

dom viveret consiliarius, propter consiliorum sapientiam, & pietatem. Adde adversarios nostros, hac una assertione necessitatis, seu obligationis utendi tutiori sententia, quandoque opposita opinio non est certò, ac manifestè probabilior, doctetraqum veras, & unicè tenendas sententias rigidores, seu assertivas, & inductivas obligationis in omnibus, & singulis quæstionibus de licita, & illicita operatione controversis inter auctores Catholicos, quarum dicuntur repèri in uno Diana plusquam tria millia. Quia in omnibus ejusmodi quæstionibus apud plerumque omnes est anceps, & obcurus excessus probabilitatis conveniens alterutropinioni supra opinionem oppositam, uti consideratur à nobis superius fuit art. 51. Unde perinde est dicere, quod isti dicunt, omnem operationem non conformem opinioni, vel tutiori, vel certò probabiliori, seu ut perique eorundem adversariorum jam loquuntur, moraliter certæ, esse peccaminosam, atque dicere, in omnibus, & singulis prædictis numerosissimis quæstionibus opinionem tutiorem, id est, assertivam obligationis, & quod operatio, de qua quæritur, sit illicita, esse veram, & oppositam falsam; esset nimirum implicatio manifesta, si quis hæc duo simul diceret, verum est hanc, vel illam talem operationem esse licitam, nullamque esse obligationem vitandi illam; sed est etiam verum peccatum esse, quicumque eandem operationem executioni mandabit utpotè oppositam opinioni tutiori, cujus falsitas non est moraliter certa. Manifestum igitur est modernos istos adversarios nostros opponi e regione intentioni, & piis ac salubribus documentis D. Antonini, & licet ex præindictis ab eodem fundamentis appareat haud obscurè, rationem, & veritatem militare pro ipso; redibit tamen paulo post distinctior nobis sermo circa hoc punctum, exposito discrimine inter doctrinam tutiorem, tutioremque operationem. Septimò, ac ultimo nota non esse de nihilo querelam D. Antonini de impossibilitate, seu de maxima ac moraliter apud plerumque insuperabili difficultate consequendæ vitæ æternæ juxta doctrinam de necessitate, seu obligatione operandi conformiter ad tutiorem, ubicunque deest certitudo moralis in contrarium. Quoruscumque enim est, qui spondere sibi de se possit conformitatem suæ voluntatis ad tutiorem in tanta, ac tam immensa opinabilium varietate, & multitudine circa omnem materiam moralem? Nec Deus, nec Ecclesia intendit obligare ad impossibile: In lege nova esse impossibile, quod vix est possibile, utpote nimiam habens difficultatem; aliàs quo modo salvaretur illud? Onus meum leve. Videatur Cornel. à Lapide ad præindictum locum Ecclesiasticis! Noli esse justus multum, cum notis præferebam Greg. Naz. & Bernar. Et nos ad singulos adversariorum textus seorsim, ac non nihil distinctius considerandos descendamus.

Uterior consideratio textuum pro obligatione ad tutiorem.

ART. CLXVII. PRIMò, ac principaliter arguunt adversarii ex illo Eccles. 27. *Qui amat periculum, in illo peribit.* Peccat ergò, qui utitur opinione minus probabili, & minus tuta. Dico istam consequentiam non tenere. Quia testimonium scripturæ, quod assumitur, tribus de causis non pertinet ad propositum. Primum enim eo loci non agitur de periculo

lo in genere, & multò minùs in specie de periculo operandi juxta tale, vel tale genus doctrinæ moralis, sed agitur determinatè de periculo moriendi in peccato mortali, & incidendi in æternam damnationem, quod imminet peccatori obdurato, & differenti penitentiam usque ad articulum mortis. Patet hoc insipienti integram sententiam cum sua particula copulativa, quæ sic habet: *Cor durum habebit male in novissimo; & qui amat periculum, in illo peribit.* Peribit nimirum finali animæ interitu, qui se exponit periculo malè habendi in novissimo perditionem cordis, & permanentiam habitualem in peccato cum dilatione penitentiae, & emendationis usque ad articulum mortis. Qui est sensus literalis, & proprius testimonii propositi, ut patet consideranti. Lege etiam interpretes, si placet. Vides autem hunc sensum distare à tua tutioris necessitate, quantum distat ortus ab occasu.

ART. CLXVIII. Deindè prædictio ista comminatio interitus finalis, fundata in amore periculi amittendæ salutis animæ, accipiat nihilominus seorsim tanquam gnome, seu sententia universalis ad probandum, quod immediatè præmissum fuerat de duro corde malè habituro in novissimo. Videndum jam erit, & tibi, & mihi, quantum, & quanti mali periculum esse debeat, ut in ejus amore fundari rectè possit prædictio, seu comminatio interitus animæ tanquam certò futuri certitudine morali, qualis procul dubio subintelligitur in nostro sacro textu. Et postquam convenimus de magnitudine mali, nempe tantam illam esse oportere, quanta inest cujus peccato lethali, dissentimus necessariò circa magnitudinem periculi asserente te, & conante statuere, sufficere periculum, quantum inest operationi directæ per opinionem probabilem, quod ea non sit peccatum lethale, si simul addit opinio contraria, quæ vel appareat probabilior, vel non sit certò minus probabilis; me verò id negante, & asserente esse necessarium periculum, quantum inest operationi directæ per opinionem temerariam, præcipitem, inconsultam, ac demum innixam prætextibus vanis, ac fatilibus contra fundamentum manifestè, ac indubitè præminens. Neuter autem quoad hoc proficere quidquam possumus, & tamen, ex propositio testimonio. In quo videlicet nulla statuitur directè taxa, seu regula determinata magnitudinis periculi portendentis interitum, ut per se patet. Indirectè verò, si quid indè argueretur, pro me potius argumentum militaret. Oporteret enim intelligere magnitudinem periculi, qualis immediatè præcessit in duro corde, seu habitualiter, ac pertinaciter adhærente peccato usque ad articulum mortis. Non est autem tantum, aut tale periculum, quod inest usui cujusquam opinionis verè probabilis, siquidem per eam, non sine magno fundamento, & omnibus, quæ occurrere cuique possunt diligenter hinc, & indè consideratis, creditur nihil esse mali operationi, quàm dirigit.

ART. CLXIX. Inquiri demum, ut hoc ipsum percipiat clarius, vel ex vi hujus textus, intenditur, amorem, seu deglutionem cujusvis indiscriminatum periculi etiam remoti, aut remotissimi, levis, aut levissimi incidendi in peccatum lethale, esse lethaler peccaminosam, vel non nisi periculo existente magno, tali, ac tanta aliqua determinata magnitudine; Si intentio sit de quovis indiscriminatum periculo, præterquam est intentio valdè irrationalis, & absurda, ut observabamus adversus Sinnichium, dum ageremus cum ipso, argumentum fecit

auctores etiam suos. Quia opinionem esse magis probabilem, aut probabilissimam, & moraliter certam, non eximit illam penitus à periculo falsitatis, ac proinde nec operationem, quam dirigit, liberat totaliter à periculo contraveniendi reipse legi. Quapropter ad vitandum omne prorsus ejusmodi periculum, necesse erit operari semper sub certitudine fidei divinæ, aut scientiæ propriæ talis, quam tamen necessitatem nemo sanus asserit pro statu præsentis naturæ lapsæ. Si verò intentio arguentis restringatur ad tantum, ac talem determinatè gradum periculi, nullum poterit ex hoc textu auxilium pro se nancisci pars adversa, cum nullus talis gradus periculi per eum determinetur, aut insinuetur, quinimò loquatur de supremo gradu periculi, continentis in se moralem in summo certitudinem ruinæ finalis ex corde duro, & per totam vitam impenitentem usque ad articulum mortis. Patet igitur clarè testimonium illud adaptari minime posse opinioni verè probabili, ejusque usui, tametsi opposita sit reipsa probabilior, simulque magis tuta.

ART. CLXX. Eiusdem sensus est, & eandem habet solutionem textus canonicus ex cap. si quis autem de penit. quæst. 3. dist. 7. Ergo tene certum, dimitte incertum. Ergo tene mur operari juxta tutiorem dimissam incertitudine opinionis minus probabilis, & minus tuta. Dico similiter ad hoc, consequentiam non esse legitimam, & textum nullatenus pertinere ad nostram controversiam. Sciendum est totam illam d. st. nctionem septimam agere unice de penitentia non differenda usque ad articulum mortis, & de periculo hujus dilationis; atque caput hoc, si quis autem cum duobus proximè præcedentibus desumptum esse ex Aug. libro 5. homil. 41. cujus homiliz postrema verba sunt hæc, quæ nobis obijciuntur, tota verò homilia similiter contendit unice penitentiam non esse differendam usque ad articulum mortis, & ponderat terribiliter periculum hujus dilationis. Majoris claritatis gratia, & propter momentum saluberrimi documenti, accipe, quæ sequuntur ad med. hom. Fidelis benè vivens securus hinc exit. Baptizatus ad horam, securus hinc exit. Agens penitentiam, & reconciliatus, cum sanus est & postea benè vivens, securus hinc exit. Agens penitentiam ad ultimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Et post pauca: Nunquid dico damnabitur? Non dico; sed dico etiam, liberabitur? Non; & quid dicis mihi? Nescio, non præsumo, non promitto, nescio. Vis te de dubio liberare? Vis, quod incertum est, evadere? Age penitentiam, dum sanus es. Et rursus. Quare securus es? Quia egisti penitentiam eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem tunc vis agere penitentiam ipsam, quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Ac demum paucis aliis similibus adjunctis concludit. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quod horum futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

ART. CLXXI. Vides patenter quisquis videre aliquid potes, sermonem hic non esse de opinione probabili, adeoque incerta, cum qua quis operatur, aut operari potest, sed de exitu incerto operantis cum opinione temeraria, insipienti, ac planè stulta. Quam ut minimum censuram meretur proculdubio opinio existimantis, licet in esse propositum differendi penitentiam de commissis peccatis lethalius usque ad ultimum agonis angustias. Vides rursus sermonem esse de non utrunque necessaria, seu necessitate præcepti tantum, sed de ea, quæ est necessaria neces-

sitate medii, nempe de penitentia peccatorum lethalius peragenda ante mortem; & nemo videt opinionem tantum probabilem speculativè, & moraliter certam, circa necessaria necessitate medii, esse practicè improbabilem, præterquam quod in casu nostri textus deest probabilitas quoque speculativa, ut patet inter alia ex præindicta d. 7. cap. Nullus ab ill. præsertim verbis: Sed quantum vel raro est tam iusta conversio, timendum est de penitente sero. Cum enim morbus urget &c. Videtur quoque ex præmissis Augustini contextu, sensum ejus rectum in his verbis. Tene certum, dimitte incertum, esse hoc: Perage penitentiam, dum sanus es, ac deinde bene vive te exponas periculo moriendi, quin peregrum legimus penitentiam, differendo illam usque ad articulum mortis. Elucet autem expumice aquam, qui ex hoc antecedenti inferre valebit consequentiam istam: Ergo peccat, quisque in materia aliqua non operatur juxta tutiorem, simulque magis, vel æque probabilem opinionem dimissa incertitudine opinionis opposita verè probabili, qua enim verò argumentatione sit transiit à genere in genus; & arguitur, ex improbabili reprobato, ad reprobandum probabile, ex incertitudine eventus subsequenti post talem determinatè modum agendi, ad incertitudinem talis determinatè opinionis, & rigentis operationem, & modum agendi, & materia necessaria necessitate medii ad omnem indelictum materiam, etiam necessariam necessitate hujus præcepti. Quod quam sit absurdum, ac ineptum, nemet spontè vides. Adde, si libet, quæ ponderamus circa textum præcedentem. Huc etenim redeunt omnia eadem cum eadem vi propriè identitatem materiz & rationis.

ART. CLXXII. Tertium, & quartum testimonium sumuntur ex cap. juvenis de sponsal. & ex cap. ad audientiam de homit. Ubi assumuntur tanquam certæ, atque omnino necessarie humanarum operationum, regulæ axiomata ista duo: In his, quæ debita sunt, quod certius existimamus, tenere debemus; in dubiis semitam debemus eligere tutiorem. Ergo quantumcunque circa quæstionem, an liceat aliquid? Occurrunt opiniones hinc, & inde incertæ, altera tutior, altera intuta, seu minus tuta, tenemus operari juxta tutiorem, & alioqui peccamus, vel reter, vel graviter, prout contingit gravem, vel leve esse materiam, circa quam.

ART. CLXXIII. Dico hanc consequentiam hinc aliis consequentiis esse similem. Claudius non potest ambulare, nec videre cæcus. Ergo habens cæcia debiles non potest ambulare, nec videre et ipsas. Claudius ambulare, cæcum videre sunt miracula ex Evangelio. Ergo habentem tibi debiles ambulare, lipsum videre sunt miracula. Aliud nimirum est dubitare aliud opinari, & aliud rursus est opinari cum fundamento absolute, & comparative magno, si est, ambubus hinc, & inde diligenter consideratis, aliud opinari cum fundamento levi, cumque voluntaria voluntate quæ sunt in contrariū, inconsideratione. Qui dubitat nil enunciat. Enunciat, qui opinatur, qui enunciat cum levi fundamento, & absque attenta consideratione motivorum utriusque partis, opinatur temerè, insipienter, improbabiler, probabiliter verò, sapienter, & maturè, qui cum magno fundamento, opinatur, quid sint, & quantum distent invicem dubia, & opinabilia, probabiliter, & improbabiler opinabilia, de quo duplici discrimine egimus iterum superius, & paulò post aliquid adhuc superius demonstrat, quatenus incidimus in advertitios lapsum impingere.

res in istam equivocationem, & alienam, ab homine
pactum, disceptato, confusionem. Jam quoad
pactum attinet, Pontifex loquitur expresse de du-
bitio in his, quae dubia sunt, In dubiis. Adversarij inferunt
de opinabilibus, & non qualibuscumque, sed insu-
per probabilibus, & quorum fundamentum post di-
ligens examen dignoscitur esse magnum. Arguunt
igitur ad instar arguentis negativè ex claudio ad de-
lendum, ex cæco ad lippum.

ART. CLXXIV. Quod autem in utroque eo te-
ræ sermo sit dubiis propriè, & stricte talibus, osten-
dendum obscure potest. Et quidem quoad cap. *Juvenis*
supponit, id, & exponit optimè glossa ibi, sed ante
eius verba oportet præmittere casum questionis qui
distinctionis proponitur, & resolvitur in cap. *Litteras*,
de spons. impub. Juvenis septennium major duxerat
puellam nondum septennem per contractum spon-
salitium. Puella autem deinde præmorta, aut juve-
necedente ab ipsa, & à promissione sponsalitia,
antequam puella post septimum annum sponsalibus
consentiret, idem juvenis contraxit matrimonium
cum consobrina ejusdem puellæ. Quæsitum est, an
sustinendum esset matrimonium; an verò separari
deberet dictus juvenis, & hæc consobrina prioris?
Respondet Pontifex separari debere, atque ut ita
respondet, assumit axioma illud: *In his quæ dubia*
sunt. Audiat jam glossa: Sed quare dicit: in his,
quæ dubia sunt. Quia si ex toto ante septennium ducta fuit,
& post septimum annum non consensit, vel ante recessit;
non est dubia, sed certa. Quia matrimonium non im-
peditur cum consanguinea etiam cum mare, i. tit. prox.
Litteras, &c. accessit. Si post septimum annum consensit,
sponsalia teneantur, & ita res non est dubia, i. eo. spon-
sal. i. tit. tit. prox. Continebatur & si verò solutio: sic
intelligi; Puella ista post septimum annum non consensit,
vel non constabat de consensu. Quia statim recessit ab eo,
vel mortua est. Verumtamen quia tentavit forsitan, quod
complevere non potuit, presumitur, quod erat doli capax,
sive quia malitia supplebat ætatem quoad sponsalia, sicut
supplet malitia quoad matrimonium, i. tit. prox. De illis,
& cap. ult. Vnde propter hoc dubium, tum quia hoc ple-
ne non constabat, tum etiam propter honestatem Ecclesiæ,
non potest habere consobrinam illius, i. cap. prox. arg.
alio non videtur, quod posset stare illa littera, si diceremus,
quod post septem annos consensit, ut dixit Tanc. Quia sic
non esset res dubia. Vides hic dubium sæpe repetitum,
idque ex causa convincente dubitationem propriè,
& stricte talem, nempe ex confessione, & narratione
facti substantialiter defectuosa. Eandem dubitatio-
nis proprietatem indicat tum disjunctiva: non con-
sensit, vel non constabat de consensu, tum particula for-
maliter dubitativa: tentavit forsitan, atque hæc ea-
dem particula habetur itidem in textu: ex humana
tamen fragilitate forsitan tentavit, quod complevere non po-
tuit. Ista porro dubitatio speculativa, circa factum, quæ
secum trahit parem dubitationem juris alioqui certi
quoad ejus extensionem ad casum, fuit tota necessi-
tas, & causa adigens ad tutiorem, ut patet ex nexu
verborum immediatè sequentium ad verba modo
relata. Subdit enim immediatè Pontifex: Quia igitur
in his, quæ dubia, &c. Nil igitur habetur ex hoc
textu quoad probabilia propriè talia, & impropriè
tantum, ac late dubia.

ART. CLXXV. Manifestior quodammodo est
dubitatio eadem propriè, & stricte talis in cap. *Ad*
audientiam. Dum presbyter cingulo, quo cinctus erat,
famulum verberaret, cultellus cingulo adherens de-
cidit ex vagina, & famulum vulneravit. Postquam

famulus convalluit ex vulnere, incidit in morbum, ac
deinde obiit. Dubitatum est, an obisset ex vulnere,
an ex morbo, eoque (ut subintelligendum puto)
aliunde contracto independentè à vulnere. Quæ-
situm proinde est, quid agendum? Responsio Pon-
tificis continet duas partes. Prior pars nititur duobus
principiis, altero circa factum, altero circa jus. Quo-
ad factum dicitur: *Quia verò, utrum occasione vulne-*
ris decessisset, dubium habetur. Quoad jus assumitur
tanquam per se notum principium, quod modò
nobis obijciatur: *Cum in dubiis semitam debeamus eligere*
tutiorè. Ex his infertur decisionem: *Vos convenit injun-*
gere Presbytero memorato, ut in sacro ordinibus non mini-
stret: injuncta tamen penitentia congruenti sibi, poteritis
concedere, ut minoribus ordinibus sit contentus. His duo-
bus ita absolute constitutis circa majores, & mino-
res ordines juxta tenorem præmissæ narrationis, sub-
jungit deinde conditionatè alteram partem respon-
sionis: *Si verò ille ex alia infirmitate obierit, poterit*
(Presbyter) sicut erat solitus, divina officia ministrare.
Posterior ista pars conditionata ostendit clarè dubi-
tationem propriè talem circa facti qualitatem ex
narratione substantialiter defectuosa, & consequen-
tem inde ejusdem rationis dubitationem practicam
circa jus, seu potius circa extensionem juris ad ca-
sum. Si enim Oratores adhibuissent diligentiam,
quanta par erat, quoad facti qualitatem, & circum-
stantias, eademque prænarravisse, prout oportebat,
perpetram subjunxisset Pontifex conditionem osten-
sivam animi suspensi circa factum, nilque eatenus
judicare poteris, dicens: *Si verò ille ex alia infirmitate*
obierit. Indubitatum igitur est sermonem ibi esse de
dubio propriè, & stricte tali.

ART. CLXXVI. Confirmatur, quia præsumi
non debet insinuationem ulterioris diligentie, &
spem ulterioris notitiæ circa factum contentas in
conditione; *Si verò ille ex alia infirmitate obierit, di-*
rectas fuisse ad notitiam eatenus facti physicè, aut
etiam moraliter certam. Quia credi non debet Pon-
tificem supposuisse tantam in Oratoribus stupidita-
tem, ac ineptitudinem, ut in re proliis utcumque
indubitata, accerta fluctuarent, & agnoscerent se
indigos recursum ad Sedem Apostolicam. Fuit igitur
contentus nova disquisitione, & nova inde suborta
notitia facti, qualis sufficere solet ad fidem huma-
nam non temerè, ac insipienter, sed prudenter con-
cupiendam, id est, (quod faver scopo nostro princi-
pali) fuit contentus probabili facti eatenus notitia,
ut Presbytero permitteretur libera, sicut prius, divi-
norum officiorum ministratio. Fuit igitur infra ejus-
modi notitiam, infra quam sola superest dubitatio
propriè talis; notitia communicata Pontifici. Con-
firmatur rursus, quia axioma, de tutiori in dubiis, eli-
genda non docet, ac statuit Pontifex ex professo
tanquam utcumque verum, sed supponit obiter tan-
quam indubitatum, & lippis, ac tonforibus quasi
per se notum, ut dicebam: Cum in dubiis, &c. Unde
hoc axioma sensu, quo effertur à Pontifice, non
erat ejusdem Pontificis, & sacrorum Canonum au-
thoritate comprobandum, sed supponendum potius
ex humani generis consensu. Nemo autem sapiens
dixerit potuisse ita supponi obligationem eligendi
tutiorè in probabilibus, seu in dubiis etiam lætè
sumptis, & quatenus complectentibus sub se etiam
probabilia; quandoquidem contradicunt axiomatici
in hoc sensu tot, tantique Doctores verè sapientes,
doctrinæ fama celeberrimi, & clara insignis probi-
tatis laude venerabiles. Sermo igitur est de solis au-
diis,

biis, propriè talibus. Aliquid demum eodem confert, quod regula de tutiori in dubiis eligendo suadebat remotionem illius Presbyteri ab exercitio non solum factorum ordinum, & animorum. Nam & hoc tunc uspariter erat. Et tamen Pontifex temperavit rigorem quoad ordines minores. Hujusmodi autem temperamentum adhiberi solet ex æquitate in dubiis propriè talibus, contrahentibus post se nocumentum proximi.

ART. CXXVII. Dederant jam pridem solutionem istam de dubiis strictè talibus D. Antonius relatus art. 165. & post ipsum posteriores omnes sententiae nostrae patroni, atque inter alios viri factorum Canonum peritia locupletis, sincera interpretatione, & profunda intelligentia celeberrimus, nec minus eximia totius vitæ sanctimonia clarus Thomas Sanch. lib. 2. de matr. disp. 41. n. 9. S. Dixi autem, cum D. Antonino, Sylvest. Ang. Navar. Guttier. Henric. Cumque rationes ita intelligendi sint usque adeo clarae, & concludentes, ut vidimus, mirum sane est, quod nunnulli pergant adhuc insistere iis textibus adversus usum licitum opinionis verè probabilis, licet minus probabilis, & minus tutæ. Mirabilior autem multo est is conatus quoad eos, qui jam diu adfunt in Romana curia, & interfunt Congregationibus Romanis, ubi dubia, qualia dixi intercessisse in duobus nostris textibus, sunt frequentissima pro casibus matrimonialibus, irregularitatis, simoniae, Ordinis facti, professionis religiosæ, &c. Causa hujuscæ admirationis hæc mihi est specialis. Qui ob difficultates in his materiis occurrentes, & ad dissolvendos laqueos, quibus se sentiunt innodatos, recurrunt ad Sedis Apostolicæ benignitatem, ad Sacram Pœnitentiam, ad sacras alias Congregationes, antequam portigent libellum supplicem, solent adire Theologos, ut sciant, quid, quomodo, & sub qua facti, nec non petitionis expressione aggredi possint pro securitate conscientiae in perurgendo negotio, & pro ejusdem tranquillitate, cum conclusum, seu expeditum illud fuerit. Narrative autem, ut dicitur, quas proponunt, & à quarum inspectione dicitur initium consultationis, transmittuntur huc, à partibus præsertim remotioribus, tam defectuosè quoad circumstantias specificas, ac præcisè necessarias (de hujusmodi defectu conqueritur Inn. 3. cap. Fraternitatis de frig. & male. ut plerumque sit inevitabile adigere consulentes ad tutiorem, nullum relinquentem aditum probabilitati partis minus tutæ defectuosa casuum expositione. Ita sæpe mihi accidit, ita aliis, cum quibus desuper alloquutus sæpè sum. Pronum igitur erat per se, versatis præsertim in hac Romana Curia, credere rem ita se habuisse, sicut diximus in textibus nostris, nec proinde eos ad opiniones probabiles ulla ex parte pertinere, idem que dico de textibus aliis concordantibus, qui habentur in glossa, & accumulatur singillatim ab adversariis nostris, ac singuli haberent aliquid particulare, indigum specialis expositionis. Qui velit videre plura diligenter observata circa præmemoratum cap. Iuvenis, quæ tamen ad punctum controversiæ nostræ directæ, & formaliter non pertinent, adeat P. Sanch. tom. 1. in Dec. lib. 1. cap. 10. n. 15. Nobis enim abunde sufficit ad præsens, textus istos canonicos non agere de probabilitate Doctorem opinionibus, nec ad earum probabilitatem rejiciendam, aut negligendam ulla ex parte pertinere, sed agere solum de factis defectuosè relatis, propterea que propriè, & strictè dubiis. Coniunctimodi sanè dubietas eminet multo maxime in cap. significasti sec. tit. eo. de homic. quod obijci similiter contra nos so-

let, & continet quatuor particulas manifestè inclinantibus animum suspensum, & propriè debentur Nos in presenti casu, ait, credimus distinguendum, & trum constare possit, quod præfatus Sacerdos: Et quidem si hoc ita se habet, quod ex eo forsitan possit quodam modo perhibetur Sacerdos iste prius ab illo percosus legio, mox eum cum ligone in capite &c. Potuit significanti exprimi dubitatio propriè, & strictè talis?

ART. CLXXVIII. His igitur dimissis, quæ ad rem nil pertinent, venio ad cap. Inquisimus de sent. excom. quod pertinet quidem ad controversiam præsentem, quatenus non agit de solo dubio, sed descendit etiam ad opinionem probabilem; aut tamen suffragatur sententiæ oppositæ, licet solat pro ea citari, sed potius nostræ. Post contrarium bonæ fide matrimonium, alteri conjugum innotuit impedimentum inter eos, altero negante illud esse. Quæsitum est quid juris circa petitionem, & redactionem debiti conjugalis? Respondit Pontifex distinguendo: si assertens intercedere impedimentum, certam de illo notitiam habet, debet potius excommunicationis sententiam (& quodvis aliud malum) humiliter suscipere, quam, per carnale commercium, peccatum operari mortale, quamvis impedimentum quod clandestinè probare non possit. Si notitia non est certa, distinguit Pontifex: Vel credulitas est levis, & tenuis, & tunc ad sui pastoris, (vel alterius ad se referentis) consilium, illa explosa, licet potest non solum relaxare, sed & exigere debitum conjugale. Atque hoc nequa nulla est controversia, nec agitur de re notita. Illi autem conscientia impedimenti sit probabilis, sub hac conditione, quæ tangit formaliter punctum quæstionis nostræ, Pontifex determinat: Primum cum conscientia pulsata animi ex credulitate probabilis discreta, quamvis non evidenti, & manifesti, debet quidem reddere potest, sed postulare non debet; ut in alterutro, vel contra legem conjugii, vel contra publicum conscientia committat offensam. Ponderat adversarii si usus opinionis probabilis esset licitus, adeoque opinio ipsa probabilis de honestate operationis excusaret à peccato, nulla committeretur offensam in hoc casu, negando debitum petenti. Quia opinio probabilis de impedimento matrimonii immixta includit in se opinionem probabilem, quod redditio debiti sit fornicatio, quæ honestissime vitatur, & non committitur sine peccato. Imò quia ex altere probabili una parte contradictionis, pars quæque opposita est probabilis, neque petendo ulla committeretur offensam. Peteretur enim cum probabilitate veri, vereque subsistentis matrimonii adeoque cum probabilitate, quod talis petitio esset utilis legitimus juris conjugalibus. Sed opponitur ponderatio similis in contrarium: Si usus opinionis probabilis esset illicitus, adeoque opinio ipsa probabilis non excusaret à peccato, non solum petitio, sed etiam redditio fuisset illicita. Quia habens opinionem probabilem, quod intercesserit impedimentum contrahens, ac proinde matrimonium fuerit nullum, consequenter opinatur, cum eadem probabilitate, copulam non esse futuram conjugalem, sed fornicariam, quam sicut nemo licetè petit, ita nemo illi petenti licetè permittit.

ART. CLXXIX. Huic difficultati enodanda multa dicuntur DD. quæ luculenter refert, & luculenter prosequitur Sanch. de matr. lib. 3. disp. 41. n. 45. & præfatus, & formaliter ad textum tota disp. 44. Ego contentus, & assentior Adriano sic dicenti quodlibet. 9. 2. par. 1.

Textus loquitur in casu, quo conjux habens conscientiam probabilem potest eam per contrarium actum deponere ex presumptione bonitatis, quam habet de altero; semper scilicet tenens, quod nollit peccare mortaliter. Ergo si exigit, cum credat non exalturum, nisi certus esset, scilicet ex quibus hac conscientiam format, falsas esse, potest credit esse matrimonium. Et quidem necessariam esse, pro licita redditione, dispositionem opinionis esse, pro probabilis de nullitate matrimonii, satis conuenit ex dictis supra universaliter circa hoc punctum. Et confirmatur, quia in priori parte nostri textus, nec petitio, nec redditio permittitur, seu declaratur honesta, nisi deponatur conscientia impedimenti concepta ex credulitate levi, & temeraria. Multo autem manifestior est necessitas deponendi credulitatem probabilem, & discretam, seu opinionem assertivam impedimenti innixam gravi, & magno fundamento, quam leviter, ac temerarie conceptam, quia illa majorem, & manifestiorem, quam ista, ligandi vim obtinet. Itaque qui credit opinionem probabilem, & fundata matrimonium fuisse nullum, ideo non potest incipere petendo, quia supponitur habere fundamentum credendi nullitatem, & nondum habere fundamentum sufficiens, ut possit credere valorem; ac proinde ita assentiri nullitati, ut licet possit hunc assensum suspendere, nondum tamen possit assentiri valori, & consequenter nec honestati actus conjugalis; qui tamen assensus est omnino necessarius, ut licite petat. Ideo autem ille ipse, qui assentiebatur nullitati matrimonii ex credulitate probabili, & discreta, potest nihilominus reddere superveniente petitione alterius consortis negantis nullitatem, quia supponitur habere eo ipso sufficiens fundamentum, ut possit, aut etiam ut debeat deponere priorem opinionem. Quod dupliciter fieri potest. Primum ita ut non solum suspendat priorem assensum nullitatis, & consequenter copule future fornicariæ, sed etiam assentiat valori matrimonii, & consequenter honestati copulæ. Movente scilicet ad istam opinionis permutationem (ultra dispositionem animi reciproce benevolam) presumptione bene fundata in probitate consortis petentis antecedenter præcognita, futurum minime fuisse, ut si peteret cum incurru peccati lethalis, si re ipsa non adessent fundamenta validitatis matrimonii, quibus accommodari assensus, & sua in contrarium fundamenta posthaberi merito possent, ac deberent. Quæ fere est sententia, & rationabilis conjectura Adriani, ut vidimus, & aliorum, licet non usque adeo distincte, & clarè, apud Sanchez nuper indicatum. Alter de positionis modus est pure negativus, seu suspensivus, nec nullitati matrimonii assentiens, ut prius, nec validitati, ut pars petens, quatenus neutrius partis fundamenta agnoscuntur de facto majora, ac meliora, quam fundamenta contraria omnibus hinc, & inde consideratis. Superaddita autem huic suspensioni consideratione, vitari jam minime posse periculum, vel fornicationis, si consentiatur petenti, vel injustitiæ conjunctæ cum ulteriori periculo incontinentiæ, & iræ, & rixarum, si repellatur, atque ex duobus malis eligendum esse minus, juxta cap. mala 13. dist. Concluditur obligatio consentiendi petenti, ac debiti reddendi, quatenus posterius malum est manifestè majus, & periculum, posita prædicta suspensione iudicii, utrimque agnoscitur æquale. Inter istos duos modos deponendi priorem nullitatis opinionem, hoc in posterum discrimen intercedit, quod juxta priorem modum, de transitu ab opinione probabilis nullita-

tis ad opinionem, seu assensum probabilem validitatis, non solum reddere licet, & repellere non licet, verum etiam petere deinceps licet, uti deducit optimè Adrianus. Quia dum assentit assensu verè probabili validitati matrimonii, assentit utique similiter honestati petitionis, & totius ultro, citroque usus matrimonii, ac proinde petitio erit ex fide, seu juxta dictamen conscientiæ legitimæ conceptum, ideoque peccaminosa minimè erit. At juxta posteriorem modum suspensivum assensus, & dissensus, circa validitatem, ad quem potissimum modum apparet respectu Pontificem, & respiciunt plerique auctores apud Sanchez. solum licet reddere, tum prima vice, tum deinceps. Quia exorto dubio circa malitiam operationis, quamdiu illud durat, solum licet exequi talem operationem propter vitandum majus malum, quatenus ceditur, quod est minus malum secundum se, comparatione majoris mali esse nullum malum. Majus autem malum adest solum in non reddendo, ut dictum est, cum in non petendo nullum sit malum. Circa ea, quæ hic, seu diximus, seu insinuavimus, ac mox etiam subinferemus, quoad depositionem, ac mutationem opinionis, oportet consulere, quæ superius discussa sunt de libertate opinandi.

ART. CLXXX. His ita constitutis quoad intelligentiam textus, in quo Pontifex quoque ipse conjecturando procedit circa factum, concludo nil inde derivari posse pro scopo adversariorum. Quia quod præcipue, atque omnino distinctè habetur ex textu, est opinantem assensu probabili operationem aliquam esse peccaminosam, non posse, retenta ea opinione, eam operationem executioni mandare absque peccato. Id quod usque adeo ego non nego, ut ex professo probaverim supra esse verissimum, idemque tenent indubitanter omnes alii auctores asserentes usum licitum opinionis cujusvis practicæ verè probabilis, dum sermo est de opinione practicæ practicæ, seu circa operationem in individuo, & hic, & nunc, atque ejusmodi esse opinionem, de qua loquitur textus, constat clarè ipsum intuenti. Quod secundo loco habetur ex eodem textu, est, superveniente novo motivo posse, aut etiam (juxta qualitatem motivi, & rei) debere deponi priorem opinionem probabilem assertivam malitiæ in operatione, & sic reddi licitum, quod prius non licebat. Atque de hac re sub his terminis nulla est, nulla potest esse controversia, Quoad modum depositionis in casu proposito, si amplectare interpretationem illam de depositione pure suspensiva, seu negativa, jam eatenus nulla ibi est opinio si ve probabilis si ve probabilior, atque electio redditionis præscribitur per regulam de vitando majori malo, quæ rursus non est opinio, seu probabilis, seu probabilior, sed axioma certum. Si autem adhæreas interpretationi alteri de depositione positiva per transitum ad opinionem contrariam assertivam valoris matrimonii; adhæreas jam eo ipso necesse est hostiæ sententiæ, tum de libertate physica opinandi, tum de honestate operationis sub opinione probabilis, tametsi non constet, eam esse moraliter certam, aut etiam utrumque probabiliorum. Nam, ut petitioni consortis tenentis pro matrimonio, conjunctæ cum existimatione de probitate ejus, tribuatur sufficientia ad concipiendum assensum probabilem assertivum valoris rejecta priori nullitatis opinione, sufficientia tamen ad ejusdem assensus assertivi certitudinem moralem, aut etiam majorem probabilitatem, attribui rationabiliter non potest, sed tantum prohibito, & absque sufficienti fundamento attribueretur ad tunc dum positum; cum gradus probitatis insignis ad id sufficiens

sufficientis non sit in conjugatis exferè semper, aut etiam plerumque contingentibus. Itaque illud. *cap. Inquisitioni*, secundum unam ejus intelligentiam, nil habet prorsus pro præsentis controversia, & secundum alteram est potius pro nobis. Ad rationes utriusque initio propositas patet satis ex dictis, quæ occurrunt sit distinctio opinionis retentæ, vel depositæ, & sic, vel sic depositæ.

*Illustrantur tres alii textus Canonici
tangentes opinionem probabilem.*

ART. CLXXXI. **I**ndidem facile intelliguntur textus alii duo valde fines, præcedenti *cap. Dominus*, de sec. nupt. & *cap. Cum per bellicam* 34. quæst. 1. & 2. & in *cap. Dominus*. Cavetur ne quis migret ad secundas nuptias, quin constiterit de prioris conjugis morte, ac deinde subditur: *Si verò aliquis, vel aliqua id hactenus non observavit, & de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quæ sibi nupsit, debitum non denegat postulant; quod à se tamen non erit nullatenus exigendum.* Ratione utriusque, & sensu superius explicatis quoad utramque partem, nisi quoad hæc verba, quoad debitum non denegandum, in sagis inclinare videantur ad interpretationem fundatam in obligatione vitandi majus malum, quatenus id non præscribunt pro prima tantum vice, sed potius permanent. Recolatur annotatio præmissa, art. 179. sub finem. In *cap. Cum per bellicam*. Hoc specialiter habetur post præscriptum redditum ad priorem conjugem, quo existimato mortuo initum erat secundum matrimonium, si is deinde compareat. Nec tamen culpabilis iudicetur, inquit Leo Papa, & tanquam alieni juris perversor, qui personam (uxorem) eius mariti, qui jam non esse existimabatur, assumpsit. Et rursus paucis interjectis: *Si viri post longam captivitatem reversi, ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est, & inculpabile iudicandum est, quod necessitas intulit (transitus ad secundas nuptias) restituendum quod fides possit.* Habes in his bis repetitum, irreprehensibilem esse transitum ad secundas nuptias factum sub existimatione, tamen si falsa, de morte prioris conjugis, qui deinde comparuit exigens jura conjugii. Ea autem existimatio non potuit esse omnino certa, cum falsitas repugnet totali certitudini. Potuit verò esse probabilis, cum probabilitati non repugnet similiter falsitas, ut patet inter alia ex Innoc. III. *cap. Fraternitatis*, de frig. & malef. ad med. ibi: *Sententiam devortii per errorem, licet probabilem, novimus esse prolatam.* An ea probabilitas esset absolute major, quam probabilitas partis oppositæ, an minor; an solus excessus secundum quid esset certus, ac manifestus ex utralibet parte supra alteram, cum ancipiti incertitudine quoad excessum utriusvis simpliciter, & absolute? cum nil extenus dicatur, aut specialiter insinuetur in textu: Videtur non alium probabilitatis gradum subintelligi rationabiliter posse, quam qui communiter reputatur sufficiens ad fidem humanam non leviter, ac temerè, sed discretè, ac maturè concipiendam; ita videlicet ut mors prioris conjugis credatur cum fundamento ex plerumque non fallentibus, & cui insit excessus aliquis saltem secundum quid supra fundamentum, si quod addit in oppositum, atque ratione talis excessus pertrahat de facto ad assensum. Eodem sensu accipiendum est, *cap. in præsentia*, de sponsal. & metr. ubi consultationi de secundis nuptiis mulierum, quæ certificari non poterant de vi, vel morte conjugis jamdudum absentium, respondet Clemens III. *ut non permittantur ad secunda vota convolare, donec certum nuntium recipiant de morte virorum.* Intelligitur mirum certitudo, qualis exigi, ac repetiri solet in ordinario rerum humanarum commercio, id est, quæ exposita à nobis modo est, atque ita intelligitur probata merito reponens verisimile pro certo, huiusmodi ubi tamen verisimiliter præsumitur de morte, si maritus bat, excusatur. Unde nil, aut parum profecto refert, an certus nuntius, an certum nuntium exigatur in materia, circa quod controvertunt nonnulli apud Simplicium. Utrovis namque modo intelligitur commode testimonium inductivum certitudinis, quibus, & quanta inesse communiter solet, ut dictum est, licet humanæ conceptæ, ex credulitate probatis, & aliis, ut paulò prius idem Clemens loquebatur.

Exponitur Clement. Exvi.

ART. CLXXXII. **V**ideri demum potest speculatio indigere discussione textus ex Clem. Exvi. ubi signific. ubi præmissis dubiis FF Minorum circa ea, quæ ex vi regulæ, & deoffensionis obligant, vel non obligant sub lethali, eorundemque insipienter pro Pontificia desuper declaratione, subiungit Clemens V. *Nos itaque, qui in sinceris horum consiliis dilectamur, attendentes quod in his, quæ animæ salutem respiciunt, ad vitandos graves remorsus conscientie peritior est tenenda; dicimus, &c.* Ponderant Advocati, sub præmissa dubiorum voce, sermone hic procul dubio esse de probabilibus hinc, & inde opinionibus. Quia in Ordine Seraphico nunquam de iuramento, & tunc maxime temporis florebat plurimi doctorum, & pietate præclari viri, quorum & auctoritas, & argumenta ad verum, ac legitimè probabiliter gradum promoverentur partem; cum assensum, tum negativam obligationis gravis quoad ea, circa quæ erant divisi, quibusdam dicentibus, ut præfatur paulò prius Pontifex circa punctum principale, quod ad omnia; alius autem asserentibus, quod ad sola illa, &c. tenerentur. Ergo in dubiis etiam late, ac impropiè talibus, iisdemque verè, ac propiè probabilibus opinionibus, pars securior est tenenda ex præcepto Pontificio. Et confirmatur, quia si omnes, qui circa plerique omnes viri docti, & pii, & graves Ordinis Franciscani fuissent concordēs quoad obligationem vel non obligationem gravem circa singula puncta proposita, nec totus Ordo motus fuisset ad postulandam declarationem Pontificiam propter paucissimorum, aut ineptorum tergiversationes inanes, nec Pontifex illam exhibuisset, prout exhibere accuratissimam valde locupletem, & longam. Erant igitur auctores controversiarum, quales ad probabilitatem opinionum abundè sufficerent & quorum proinde auctoritas se sola tolleret, iuxta nostram sententiam, omne periculum peccandi lethali contra regulam, nec ultra illam quidquam desiderari, providere debuisset ad sinceram, & teneram conscientiam tranquillitate donandas, & tamen aliter confuere, & Ordo petendo, & Pontifex indulgendo declarationem prædictam.

ART. CLXXXIII. Duo circa hunc textum exponere oportet, sensum axiomatis Pontificii, quod obijcit, & necessitatem Pontificiæ declarationis.

sed solum tanquam stimulus, & adhortans ad eandem.

ART. CLXXXV. Et quidem sensum prædicti axiomatis non esse assertivum obligationis ad tutiorem, eandemque rigidiorum inter utrumque verè, ac propriè probabilis, prout contendunt Adversarii, eorumdemque unice interest, satis superque constare videtur ex dictis, accedente præsertim observatione jam iterum superius ponderata, quod ejusmodi axioma non potuisset in eo sensu tradi, uti ibi traditur, obiter & per modum suppositionis, tanquam indubitatum ex unanimi omnium consensu, cum de ejusmodi obligatione ad tutiorem extiterit magna, & olim, & nuper controversia cum maxima ratione dubitandi, ac negandi. Cæterum quod idem axioma assumitur à Pontifice, tanquam purum consilium stimulus, ac adhortans ad tutiorem, & meliorem, ut nos suggerimus, non caret difficultate. Quanquam enim sententia axiomatis in hoc sensu sit certa, & merito supponenda, ut indubitata apud omnes, & præterea congruat optimè fini, qui præfertur, vitandi graves remorsus conscientie; nihilominus eadem sententia in eodem sensu evadit enervis, ac inutilis pro parte affirmativa conscientie, quam inde deducit Pontifex. Deducit enim, ut vidimus, debere Fratres se agnoscere obligatos tanquam ad præcepta, ad ea, quorum Catalogus ibi subnectitur. Manifestum autem est ex consilio stimulante ad aliqua tanquam ad tutiorem solum, ac meliorem, non posse legitime inferri debitum agnoscendi obligationem ad eandem, aut partem eorum tanquam ad præcepta, aut præceptis æquivalentia; cum obligatio præcepti transcendat limites consilii. Hac ego de causa non dixi absolute sensum axiomatis esse purè consiliativum, sed cum hac modificatione, si accipiat cum ea universalitate in ordine ad opus, quam intendunt Adversarii, & sine qua nil hinc tentare ipsis liceat; atque hoc, quod omnino sufficit pro mea responsione, est clarè demonstratum. Loquendo autem absolute, & sine modificatione, seu conditione, censeo sermonem esse Pontifici de securitate, seu majori securitate non tam in agendo, quam in docendo, declarando, ac præcipiendo. Differentiam, & magna ex parte contrarietatem inter securitatem, quoad doctrinam, & doctrinalem declarationem, omnemque legislationem ex una parte, & quoad agendum, ac operandum ex alia, paulò post speciali seorsim observatione exposituri nos sumus, dicemusque sæpè contingere, ut sit tuissima, practica in agendo conformitas cum aliqua opinione, cujus ejusdem opinionis suffragatio doctrinalis sit nihilominus valde periculosa, & illicita; & præterea non usque adeò licere obsequi unumquemque, & conformare se iudicio, & auctoritati aliorum in dicendo, ac præcipiendo, & utcumque disponendo auctoritative, atque licet in agendo, magnamque quoad hoc intercedere discrimen quoad prudentiam monasticam, æconomicam, & politicam. Dico igitur prædictum axioma protulisse, ac suæ circa propositas controversias declarationi prætulisse Pontificem, non tanquam normam, juxta quam fratres agere tenerentur in illis rebus controversis, quam videlicet normam ipse Pontifex erat mox delineaturus, atque illa ipsa periodo accingebatur ad delineandum; sed protulisse, ac prætulisse tanquam regulam certissimam, juxta quam ex natura rei ipse Pontifex teneretur declarare, ordinare, ac præcipere circa easdem controversias, in quem videlicet scopum ea pralo-

quutio dirigebatur immediate, & non nisi mediè in modum agendi, quem Pontificia declaratio prædirectura immediate, uti apparet clare in præsertim ultimam Bullæ illius clausulam. Quapropter dum dicitur, *securior pars est tenenda*, non intelligitur pars tutior in agendo, seu ea, juxta quam operatur, cerè vitat transgressionem regulæ, & obligationis in ea contentæ, sed intelligitur pars verior, rationabilior, & ad legitimam intelligentiam regulæ proximius accedens. De hujusmodi etenim securitate intelligentiæ agebant immediate præcedentes fratrum controversiæ, atque in eandem hinc iterum stabiliendam, & uniformiter in toto ordinandam erat intentus Pontifex, ut patet ex una Bulla; & præterea eadem securitas congruit optime omnibus, quæ paulò prius attigimus circa illam partem securioris interpretationem. Cuiusmodi hujusmodi securitas intelligentiæ, declarationis, & legislationis distat quam longissime à parte tutiori in agendo intenta per Adversarios nostros, qui eidem opponatur ex parte, ut modo dicebam, & postea magis declarabitur; appareat rursus clare, illi hinc eidem Adversarios habere, aut intendere posse.

ART. CLXXXVI. Altera pars propositi necessitate declarationis Pontificiæ circa illas fratrum Minorum controversias expediri facit, & breviter potest juxta nostram sententiam de usu opinionum probabilium. Notum imprimis est, quàm sit necessarius pro regimine cuiusvis communis & corporis (maximè verò tam numerosæ, & plerumque diffusæ, ac est, & semper fuit Ordo Seraphicorum) minimis, accertus consensus quoad obligationem conscientie circa ea omnia, quæ pertinent ad exteriorem conservantiam regularem, ut nil hoc contemderare, aut probare necesse sit. Notum rursus est, ut Bulla ipsa, in qua versamur, tum ex tit. & contentis, & magnas controversias inter Fratres Minores circa intelligentiam suæ regulæ, tum eandem pertinet ad exteriorem observantiam regularem. Notum denique est controversias ejusmodi levari, & contrarium unum, ac firmam confessionem omnium indicit, aut nullo modo potuisse, nisi interposita declaratione Pontificia, aut cerè tam commode, & efficaciter, ac per eandem, obtineri tantum, & necessarium Religionis beneficium minime potuisse. Erat igitur necessaria ea declaratio, eo vel maxime, quia licet singuli Fratres haberent (sua quæque hinc, & inde opiniones probabiles, ordo tamen illi determinatè opinabatur, sed inter affirmantes, & negantes fluctuabat, atque harebat misere in labyrinthico dubitationis, irrequieta contrarietatum in singulis opinionum reciprocatione, suspensæ, equæ propter iure suo postulabat declarationem, quæ haberet efficaciam, & robur ad stabiliendam firmiter unam partem, & ad alteram deprimendam, ac opprimendam circa unumquodque punctum. Hæc potuit declaratio, ut hoc iterum suggerat, si vera esset sententia Adversariorum nostrorum, uno verbo protulisset, imò & debuisset perficere, declarando Fratres in omnibus rebus controversis hoc ipso, quod esset controversiæ, atque in neutram partem adesse, ut agnosceretur certitudo moralis, teneri ad tutiorem, eandemque rigidiorum sententiam, & præcipiendo, ut illam opere completerent in omnibus, & quoad omnia ejusmodi. Neque opponi contra, ut quoad omnia ejusmodi. Neque opponi contra, ut prætexi ullo modo potuisset aliquod conscientie periculum quoad hoc, quandoquidem est manifestè tutissimum operari juxta tutiorem. Sola ergo

fallacia eius doctrina obistere potuit huiusmodi declarationi. Verum neque fieri potuit, ut Pontifex similiter uno verbo declararet e converso, licere omnibus Fratribus, & toti Ordini operari circa omnia controversa juxta mitiorem, seu laxiorem opinionem. Quia licet opiniones hinc, & inde contrarie essent probabiles, quod concedo probari bene ratione dubitandi, ejusque confirmatione propositus, art. 182. Essent, inquam, probabiles apud auctores cujusque in unaquaque controversia opinionis, & apud eorum aliecia, seu qui eorum autoritati potissimum debebant; non tamen erant probabiles eadem opiniones saltem omnes apud auctores contrarium respectu opinionum, utpote adherentes sententiis suas aequae ad se firmiter, actenaciter, ut sententias oppositas reputarent improbables, & nonnullis earum graves praeter ea censuras inurerent, ut apparet inter alia ex iis ejusdem Bullae verbis veris finem, ubi circa unum ex punctis controversis dicitur sic: *Dicere autem, sicut aliqui asserere perhibentur, quod hanc non sit redere, usum pauperem includi, vel non includi juxta Evangelicam paupertatem, praesumptuosum, & temerarium judicamus.* Dicitur autem est superius, dum ageremus de libertate opinandi, non esse licitum utrumque opinionis apud aliquem, vel aliquos probabiles, nisi etiam sit probabilis apud ipsum utentem, idemque eidem assenti proxime possit, & quoquo demum modo assentiatur se ipsa. Concluditur itaque declarationem Pontificam, juxta nostra principia, & necessariam omnino fuisse, & oportuisse, ut eo modo fieret, quo peracta de facto est, nempe seligendo verisimiliora quaeque, & rationi, ac legitime intelligentie regule magis consona, atque assentiendo partim rigidioribus, partim mitioribus; cum si opposita nobis doctrina vera esset, oppositum fieri debuisset, ut ostensum nuper fuit. Ac proinde Clem. Exivi, cum nil habeat adversus doctrinam nostram, eandem potius fover, quam oppositam.

Dirigitur paritas periculi traducta ex dubiis ad probabilia.

ART. CLXXXVII. **O**mitto plures alios textus petitos ex Jure Canonico, quos nonnulli Adversariorum congerunt magno numero, quia ii, quos exposuimus, omnium iudicio praecipui reputantur, nec ceteri vim ullam habent specialem, cum sint illorum, ut dicitur concordantes, ut patet ex glossis ad eosdem illos textus, praeterim ad cap. *Tuvenis, de spon. & cap. Ad audientiam, de homic.* Ubi conferunt alii similes recensentur. Verum oportet considerare universalem aliam Adversariorum ponderationem omnibus ejusmodi textibus communem, quae hoc enthymemate continetur. In dubiis tutior pars est eligenda. Ergo etiam in probabilibus. Antecedens usurpatur in iuribus praedictis, & alibi saepe tanquam axioma indubitatum. Probatur consequentia. Primo, quia in Jure Canonico, & Civili sub voce dubiorum comprehenduntur promiscue, omnia utrumque controversia; tamen utrumque probabilia sint, & ad sint DD. live pauci, live multi invicem pugnantes, uti productis multis, & magnis testibus, ac primum ex lexicographis Bertachino, Spiegelio, Schardio, Kahlo, verb. *Dubium*. Ostendit post alios P. Gobat in clypeo, sect. 5. num. 67. Secundo, quia ratio anteceden-

dentis est communis consequenti. Ratio enim, ob quam in dubio de peccato, vel non peccato non licet agere, nisi quod tutius est, tota desumitur ex periculo transgrediendi legem Dei, cui periculo se exponit, qui id agit, de quo dubitat, an sit peccatum, eique periculo se exponendo, ut assequatur suam, vel delectationem, vel utilitatem, eo ipso non satis reveretur legem Dei, sed quasi pro nihilo illam habet, dum praerigit certitudinem percipiendae delectationis, aut utilitatis temporalis, contingentiae transgressionis legis Dei, eamque contingentiam devorat, nil curans, an haec transgressio insit, vel non insit. Ejusmodi autem periculum adest similiter in utrumque probabilibus, & viget in eisdem ut minimum aequaliter. Quia in quaestione ex. g. an omissio Missae, aut labor servilis hodiernus, sit peccatum, necne? sive adit utrumque dubitatio, sive probabilitas; perinde altera pars est omnino tuta, nempe audire Sacrum, & abstinere a labore servili. Ergo est etiam perinde periculosa pars opposita, nempe omittere Sacrum, & laborare serviliter. Necesse nimirum est, ut ubi tantumdem adest securitatis pro una parte contradictionis, tantumdem superfit periculi pro parte opposita. Accedit eandem prorsus esse comparationem nullius fundamenti cum nullo fundamento contrario, ut in dubio negativo; fundamenti levis cum levi fundamento contrario, ut in dubio positivo; fundamenti gravis cum gravi fundamento contrario, ut in utrumque probabili. Ubique enim datur eadem prorsus unius partis ad alteram aequi ponderatio, ac proinde datur ubique eadem ratio periculi ex una parte, & eadem securitatis ex altera. Idem porro dicendum est, ut patet, de plus, & minus quoad levitatem, & gravitatem alterutrius partis contradictionis sub un formi utrobique proportionem partium contradictionis. Constat igitur eandem inesse omnino rationem periculi alteri parti contradictionis, tam in probabilibus, quam in dubiis.

ART. CLXXXVIII. Libenter ego, & plene subscribo antecedenti huius argumenti sensu, quo communiter apud Theologos effertur, nempe loquendo de dubiis imprimis propriis, & strictis talibus absque ullo in alterutram partem determinato assensu, vel dissensu; & deinde practicis, & harentibus circa licitum, & illicitum; peccatum, & non peccatum respectu imminenti actionis, vel omissionis; ac demum intelligendo de tutiori parte eligenda, non solum per modum consilii, & supererogationis, sed etiam de necessitate praeccepti naturalis prorsus indispensabilis. Verissimum namque, & certissimum puto id, aut agentem, aut omittentem, de cuius aut omissione, aut commissione adhuc dubitat, an sit peccatum, cum certo sciat in opposito nullum esse peccatum, eo ipso peccare, atque peccatum evadere ejusdem generis, cuius esset, si adesset certa notitia de ratione peccati, de qua actualiter dubitatur. Id quod Adrianus inter alios, quodlib. 2. art. 1. in 3. ratione dubitandi merito assumit tanquam principium indubitatum, & dicit esse *communem omnium Doctorum maximam*, atque ut talem saepe supponit, ac exprimit in progressu totius eius quodlibeti, maxime vero in decisione articuli praedicti, seu potius in prima ad dicendum substructione: *Regula, ait, magistralis est: Quicumque agit id, de quo dubitat, an sit mortale, peccat mortaliter, discrimini se exponens.* Paulo post adducit in eius rei confirmationem testimonium D. Thomae, ex ipsius quodlib. 3. quaest. 13. seu ut nunc habetur, quaest. 6. art. 13. & insinuat plus deferendum esse auctoritati D. Thomae in quod-

liberis, quam alibi, quod non credo, nec creditur communiter. Verba D. Thomae, post alias disjunctiones, seu divisiones casus de habente plures Præbendas sub contrariis circa id magistrorum opinionibus, sunt hæc: *Aut non habet* (habens plures Præbendas) *conscientiam de contrario, sed certitudinem, sed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum: Et sic si manente tali dubitatione plures Præbendas habeat, periculo se committit, & sic proculdubio peccat, utpote magis amans beneficium temporale, quam propriam salutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & sic non committit se discrimini, nec peccat.* Non debeo circa hæc dissimulare mei tarditatem ingenii non valentis cointelligere, atque invicem compaginare tres illas initiales particulas; 1. *aut non habet conscientiam de contrario*; 2. *sed certitudinem*, nempe de eodem contrario; 3. *sed tamen in quandam dubitationem inducitur*. Videtur namque particulam mediam, quatenus adversativè positam, cum neutra ex particulis extremis coherere. Non cum prima: Quia cum conscientia dividatur non solum in veram, & falsam, sed etiam in incertam & certam; Videtur perinde esse, contraponere conscientie certitudinem, atque si diceretur; non est vivens, sed sensibile; non est animal, sed rationale. Sed coherencia cum altera particula extrema videtur adhuc difficilior. Qui enim siepi potest, ut habens certitudinem de aliquo, inducatur nihilominus in quandam circa idem, dubitationem. Dubitationem, inquam, & non solum assultum subitaneum rationis dubitandi, quæ repellatur ab ipso certitudinem habente, quali ferè distinctioni acquiescit Adrianus in eodem loco paulò inferius circa effectum quoddam simile Doctoris subtilis. At D. Thomas loquitur de dubitatione deliberata, & completa sufficiente scilicet, ut ratione ipsius operatio subsequens evadat peccaminosa. Certitudo autem circa aliquid perinde est impossibilis cum ejusmodi dubitatione circa idem, atque est impossibilis claritas lucis cum obscuritate contraria circa idem, vel certè sicut amor erga aliquem est impossibilis cum neutralitate affectus erga eundem. Video, quid ad hæc ore tenus dici possit, & quæ à nonnullis dicuntur de subintelligentiis ampliatis, restrictivis; at quod res ipsa quietet intellectum, occurrit nil. Hac igitur parte, quam non capio, dimissa, atque intelligentiori interpreti commissa, arripio duo alia facile obvia, omnisque ambiguitatis expertia, quæ deinde subiungit S. Doctor. Primum, quod pertinet immediate ad punctum præfens, est, id agentem, de quo dubitat, an sit peccatum, certissimè peccare, si agat illud permanente, seu nondum deposita ritè dubitatione: *Et sic si manente tali dubitatione plures Præbendas habeat, periculo se committit, & sic proculdubio peccat.* Alterum pertinens ad scopum totius nostræ, & appendicis, & quaestionis est, fieri posse, ut quis in materia controversa, & de qua extant contrariæ Magistrorum opiniones, operetur juxta opinionem laxiorem, quin propterea patiatur dubitationem arguitivam peccati, & quod caput est, quin peccet; *Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & sic non committit se discrimini, nec peccat.* Hoc postremum, quod in eo articulo D. Thomæ est planum, ac dilucidum, & facit pro nostra, eademque communi sententia, prætermittitur à PP. Mercoro, & Gonet, aliisque nonnullis Adversariis nostris, & priorem partem, quæ non est usque ad eo pervia, ac perspicua, ad se trahunt renitente expositione, ac limitatione D. Antonini, quam exhibuimus *suprà*, art. 158. &

confirmavimus, art. 162. atque confirmat eodem modo valde efficaciter, & ex professo Synthesi, verb. *Opinio*, subscribens D. Antonino, quem tenet cum aliis in eandem rem. Verum hoc obiter, & progredi ad punctum præfens.

ART. CLXXXIX. Rationem, ob quam necesse est peccare operantem sub dubio de peccato, cum eligit eam partem, quæ sic actualiter dubia est apud ipsum, imò gignit optimè D. Thomas, quatenus potest illud; & sic proculdubio peccat, subiungit: *Peccat, quia amans beneficium temporale, quam propriam salutem.* Nempe dubitans, an actio, vel omissio, de qua exequutioni mandanda deliberat, sit peccaminosa, & nihilominus illam exequens, non potest amare honestatem honestum, sed solum jucundum, aut vitæ cum vilipendio honestatis, & conformitatem cum voluntate Dei. Impossibile liquet idem esse de malitia actionis, idemque dico de eo in illius, cum judicio determinato de honestate ejusdem actionis. Quia hoc judicium per se ipsum formaliter est depositio, & abjectio illius dubitationis, utpote constitentis ex suo conceptu in suspensione judicii circa objectum præapprehensum, secundum eam rationem formalem; secundum quam de eo dubitatur. Impossibile autem rursus est, ut voluntas ferat effectum saltem deliberato, & efficaci ad objectum sub ea ratione formali, sub qua nil de illo judicat. Quia nil volumus, quin præcognitum. Quod utique principium verificatur ex communi omnium consensu de præcognitione judicativa, ac deliberata respectivè saltem ad volitionem efficacem, ac delibendam, de qua sola hic agitur. Impossibile igitur est, ut operans, cum dubio de malitia suæ operationis, habeat pro motu bonum honestum, seu conformem cum lege Dei; ac proinde necesse est, ut moveatur, vel utili, vel delectabili, utque hoc amet rationem illam, atque interim negligat, & pro nihilo habet honestatem, & conformitatem cum lege, de qua dubitat. In hoc autem neglectu, & parvipensione honestatis, ac legis divinæ ad eam adstringentis, constitit tunc malitia operantis cum noticia etiam certa inhonestitatis, & oppositionis cum lege, ut diximus ex communi, & exposuimus, lib. 3. *Curs. Theol. quaest. 25. art. 5. cōsequenter confert tota inibi quaest. 29.* Necesse igitur est, ut ejusdem generis malitia insit actioni operantis cum dubio, ac inest actioni operantis cum certitudine de eadem malitia actionis ejusdem, nisi quod in hoc posteriori malitia est intensivè major propter maiorem voluntarietatem ex majori cognitione malitiae, nempe cetera sint paria. Alia longè ratio est de operante cum opinione probabili circa honestatem suæ operationis. Quia qui probabiliter operatur de honestate suæ operationis, credit magno nixus fundamento eandem operationem esse licitam, ac honestam, & conformem legi Dei, ac proinde moveat potest ad operandum ex honestate operationis, quædemque conformitate cum lege Dei, nec hanc legem negligit, ac parvipendit, qui cum tali fundamento credit illam non adesse. Discrimen istud inter dubium, & opinionem redditum superius fuit indubitabile, art. 85. Ac deinceps; atque de conditione speciali opinionis probabilis dictum est istis quoad punctum præfens ab art. 152.

Occurrit rationi paritatis à dubiis ad probabilia.

ART. CX. Concesso itaque antecedenti argumenti propositi art. 187. nego consequentiam. Ad primam eius probationem concedo dubium usurpari promissum in iure; tum pro dubio strictè tali; nempe pro suspensione omnis iudicii directi circa objectum, vel neutraliter, vel sua sive, sive in alterutram; sive in utramque partem præapprehensum; tum pro dubio lato, ac improprie tali, nempe pro conciliatione determinata unius partis contra rationem abique certitudine de eiusdem veritate, & cum, vel in ratione aliqua in contrarium. At admitti nequaquam potest eandem dubii vocem semper, & ubique in iure præferri canonico supponere pro opinabili, vel solo, vel inopinabili quoque simul comprehenso; id est, nunquam usurpari in stricta, acque omnino propria sua significatione. Hoc enim cum sit sponte incredibile respectu maximè Legislatorum, de quorum munere est, ut loquantur iuxta planum, & quantum fieri potest, proprium verborum sensum; observatum præterea, atque ostensum à nobis est art. 174. & 175. ac deinceps in textibus canonicis, qui solent induci circa præsentem controversiam, dubium supponere pro eo præcisè, quod proprie, ac strictè tale est, quod sufficit pro nostra. Universim dici potest vocem, dubium, supponere in iure, saltem ut plurimum, pro opinabili, ubi sermo est directè de intelligentia, ac interpretatione legum; ac non nisi pro dubio proprie, ac strictè tali, seu suspensivo animi totaliter, ubi sermo est directè de incertitudine facti, & narrationis, ac probationis eius, atque indirectè de extensione, aut restrictione legis circa idem factum. Ratio est, quia vix unquam contingit excitari dubium circa intelligentiam legis, ejusdemque secundum se, vel ampliationem, vel restrictionem, quin interpretes reperiant protinus rationes desumptas ex contextu, ex scopo, & fine, ex qualitate materiz, ex simili, ex contrario, &c. quæ ad probabilitatem alterutris, vel utriusque partis sufficiant, eò vel maximè, quia leges ratione constant, ac vigent; cum facta sæpè sint irrationabilia, ideoque ratio nil quoad ea perducere ad probabilitatem possit. Quæ de causa iure optimo P. Gobat. tota illa scilicet, applicat ad probabilia textus præscribentes partem benigniorem in dubiis, seu incertis circa legum intelligentiam; ac interpretationem; sicut nos restrictimus ad dubia strictè talia textus adigentes ad tutiorem in dubiis, seu incertis, utpotè talibus ex incertitudine facti. Verum hoc obiter, & paulò post plulculum eadem de re aliquantò explicatus suggeretur.

ART. CXCI. Ad alteram ejusdem consequentiz probationem, dico imprimis comparationem non esse institutam inter parvas, & magnas hinc, & inde rationes, seu fundamenta, sed inter dubitantem, & opinantem; ac deinde comparandum similiter non esse periculum cum periculo, prout est in rebus secundum se præcisè, sed prout apparet operanti. Quia argumentum ducitur ex dubiis ad probabilia, & ex qualitate operis electi sub dubio, ad qualitatem operis electi sub opinione probabilis. Materialiter autem se habent magnitudo, & parvitas rationum, seu fundamentorum ad differentiam dubium inter, & probabile; nec electiones specificantur ex rebus, ut sunt in se, sed ex eisdem, ut apparent in intellectu, & proponuntur voluntari. Sicut ad homicidium nil refert,

an magnum, an parvum vulnus inflictum sit, & an stylo, an gladio, vel lancea; an fune, an funiculo peracta sit suffocatio; sed an vulnus fuerit lethale, aut lethalis compressio faucium; ita ad dubium nil refert, an aliquæ rationes occurrerint, an nullæ; an parvæ, an magnæ, seu an facilis, an difficilis secundum se solutionis; sed an suspensivæ fuerint, an inductivæ iudicii, & enunciationis alterutram determinatè partem amplectentis actum, vel rejicientis. Similiter qui furatur gemmam credens esse vitrum, parvum eatenus peccatum furti committit; magnum verò si credit è converso; & nullum, si accipiat rem alienam credens bona fide esse suam; & sic de opposito; periculum etiam in bello, quod re ipsa est magnum, ac insuperabile, prudenter aggreditur, & laudabiliter, qui cum bono fundamento credit esse superabile, & concipit bonam spem superandi; & sic de opposito è converso. Concedo igitur ita comparari magna fundamenta cum magnis fundamentis contrariis sicut parva cum parvis, & nulla cum nullis, si nil præterea specialiter addit ex alterutra parte, vel utraque; eaque de causa, dum agerem superius ex professo ab art. 123. de elisione mutua, & non mutua motivorum invicem pugnantium, nullam rationem habui magnitudinis, vel parvitatis eorum. At concedi minime debet nullum esse, aut etiam esse parvum discrimen opinantis cum probabilitate, licet, quod agit, à dubitante, an sit illicitum, vel, quod ejusdem ferè rationis est, à suspicante, aut leviter, ac temerè opinante esse licitum. Magnum namque discrimen intercedit inter hæc duo extrema quoad cautelam in operando, quoad timorem Dei, & quoad amorem, vel odium periculi circa transgressionem legis Dei. Quia qui opinatur cum probabilitate licitum esse, quod agit, credit re ipsa, se non esse transgressurum legem Dei, tametsi id agat, & concipit bonam spem non transgrediendi, idque credit innitens fundamento magni momenti, & quod sibi persuadet tale esse omnibushinc, & inde diligenter consideratis, atque invicem collatis, quantum pertinet ad unumquemque, ut consideret, atque conferat juxta dicta, & exposita superius in locis super indicatis de conceptu probabilitatis, & de differentia valentium per se ipsos, & non valentium discernere momenta, & æquipoponderantiam, aut præponderantiam fundamentorum hinc, & inde pugnantium. Hoc autem nec formaliter, nec æquivalenter verificatur, ut per se patet, & ex nuper dictis est manifestum, de dubitante, dum hæret in dubio, qualiacunque demum sint fundamenta, & rationes dubitandi; idemque dicitur, quoad prænotatam rationem differentialem probabilitatis, de suspicante, aut leviter, aut utcumque improbabiler opinanti. Perspicuum porro est magnam esse differentiam quoad amorem, aut odium periculi peccati, quoad desidem neglectum, & effraznem despicientiam, ac deglutitionem, aut diligentem circumspectionem, & timoratum præcautionem transgrediendi legem Dei, quod est punctum, de quo agitur. Perspicuum, inquam, est magnam quoad hoc intercedere differentiam inter operantem cum assensu usque ad eò benè fundato de honestate suæ operationis, & cum spe usque ad eò bona non transgrediendi legem Dei, & inter operantem absque tali assensu, & spe. Quia qui operatur cum eo assensu, & spe, quatenus assentitur honestati operis, potest moveri ad operandum ea ipsa honestate præcognita, & credita; quatenus autem assentitur cum fundamento magni momenti; & cui inest, undè præferatur iis,

quæ militant in contrarium, idque omnibus hinc, & inde diligenter consideratis, non patitur remorsum conscientie, & fluctuationem de non adhibita diligentia, quanta congruit conditioni naturæ, ut nunc est, humanæ, deque neglecto, aut non magni habito negotio salutis æternæ; ac demum quatenus præhabeat spem bene fundatam non transgrediendi legem Dei, non potest dici amare, aut nihil facere, seu parvi pendere periculum transgrediendi. Omnia hæc de sunt dubitanti de malitia sui operis, nec non leviter opinanti de ejusdem honestate, ut liquet ex nuper præmissis. Patet igitur nullam esse paritatem ex dubiis, aut etiam opinabilibus, sed leviter tantum, ac temerè, ad probabilia, seu opinabilia cum magno fundamento, & ex iis legitime deducto, qualia plerumque non fallunt.

ART. CXCI. Nec obstat opinanti probabiliter sæpè observari in animo, atque adesse in mente fundamentum iridem magnum in contrarium, cum apparentia etiam excessus, & majoritatis ex hac ipsa parte contraria: Quia oportet videre, an fundamenta utrimque apparentia sint invicem homogenea, ac similia, an heterogenea, ac dissimilia. Si enim sint invicem similia, nihil refert magnitudo illorum, aut parvitas. Perinde namque hæret dubius iudex, sive ad sint centum testes ex una parte, & centum ex alia, sive ad sit unus pro una parte, & unus pro alia, sive nullus ad sit pro alterutra parte, dum nil specialiter favet alterutri parti; & sic accidit unicuique in re sua. Si autem fundamenta sint invicem dissimilia, uti necesse est esse, quando subsequitur determinatus in alterutram partem assensus, datur excessus saltem secundum quid unus partis supra aliam, eumque excessum accipit tanquam excessum simpliciter, & absolute præponderantem, quicunque de facto realiter opinatur alteram partem determinatè sub tali fundamentorum confictu mutuo, atque hanc eandem partem præfert omnibus in contrarium occurrentibus. Quæ quia sunt exposita ex professo, atque in rem præsentem accuratè applicata in præjudicatis art. 123. & 132. ac deinceps, nil necesse est hic denuo eate nus superaddere.

ART. CXCI. Hoc solum animadverterim præterea opportunè, quod motiva utriusque partis invicem dissimilia sunt majora, ac urgentiora secundum se, eo esse majorem excessum secundum quid fundamentorum utriusvis partis supra fundamenta partis alterius, ac proinde eo etiam esse majorem apparentiam excessus simpliciter eorundem supra eadem. Quia utralibet fundamenta nanctescuntur ejusmodi mutuum excessum secundum quid per totam, & solam rationem suam differentialem specificam, quam patet esse majorem, seu majoris perfectionis in unoquoque fundamento, quo ipsum fundamentum est majus secundum se, seu majoris perfectionis, ac proinde excessum secundum quid utriusvis partis supra partem oppositam esse similiter majorem sub eadem proportionem, utpotè constitutum formaliter adæquatè per totam, & solam perfectionem differentialem cujusque fundamenti; Opinabilis autem, ac fallibilis apparentia excessus simpliciter in utrisvis fundamentis supra fundamenta opposita oritur ex reali, ac infallibili excessu secundum quid in iisdem supra eadem, ac proinde illi sunt commensuratur, ut patet consideranti. Quia verò quicunque opinatur, eo magis, ac firmius adhæret illi parti, cui assentitur, quo excessus fundamentorum, ob quæ assentitur supra fundamenta opposita, apparet sibi, atque omnino videtur esse major; concluditur autem contrarium

invicem opinionum eo constantius suam quemque opinionem tueri, & amplecti plenius, atque oppositam vehementius reprobare loquendo per se, & ex sola tendentia directæ, quo fundamenta utriusque partis sunt majora, ac dignora seculum, ac fecundiora se, ut usu venire videmus omnes in celeberrimis quibusque controversis, & conicere quibus facile potest multo pluri indicio, instituta comparatione inter eorumque invicem pugnant argumentis petitis ex locis analyticis, aut ex principiis revelatis, quæ solis rationis negotium sibi invicem facillime; atque idem unusquisque certius observare experimentaliter potest, si ferid reflectat supra gradum adhesionis suæ non solum affectivæ, sed etiam intellectualis ad ea, quibus assentitur ob argumenta prioris generis, nempe graviora, & ad ea, de quibus persuadetur ob argumenta generis posterioris, nempe leviora, tametsi constituta sibi sit adhiberi pro parte quoque opposita argumenta ejusdem proportionaliter generis, easque omnino consideraverit, quam argumenta, quibus credit. Mea certè de me experientia talis circa hoc est, qualem universaliter esse asserui. Nec diffido, quin hæc observatiuncula valitura non parum sit apud perspicacem, attentum, ac minime protervum Lectorem, ut firmiter credat, quod dicebam, non ita comparat magna cum magnis fundamentis, sicut parva cum parvis, aut etiam nulla cum nullis, si simul cum magnitudine, & parvitate addit, & consideretur mutua hinc, & inde dissimilitudo, ac differentia specifica, nec contineatur intellectus in perspicendo, & conferendo confusè magnum, & magnum, parvum, & parvum ut sic, & præcisè in genere abique ratione specifica ultima hinc, atque hinc dissimiliter, qualem per, ac necessariò evenit ex dictis superius rejecta cujusvis opinantis de facto. Quæ equidem oportet bene considerate.

Conciliatur cum dubio, & opinione certitudo requisita ad operandum honestè.

ART. CXCV. Suscitabere tu interea cum admiratione, qui fieri possit, ut cohareat certitudo, qualem asserimus, bonitatis, & malitiae respectivè, cum dubio de malitia operis, & cum opinione de bonitate ejusdem; atque in eo dubio de peccato, subinferatur quod est mirabilis certitudo de eodem peccato, & similiter subinferatur certitudo de bonitate operis ex opinione de eadem bonitate. In confesso nimirum esse apud omnes dubitationem circa aliquid esse profusum in compassibilem cum certitudine circa idem in eodem intellectu; atque in confesso pariter esse apud nos, & alios plures ex dictis lib. 6. *Christ. Theol. quæst. 23.* similem in compassibilitatem opinionis cum qual beti notitia certa de eodem objecto in eodem intellectu. Effertur in confesso ex firmiori etiam, ac unanimi omnium consensu; Consequens non posse evadere certitudo quam fuerit suam antecedens, nullumque certitudinis gradum obtingere illi posse, ubi nulla imbecillitas certitudinis prævit. Serupulus iste biceps tollitur adhibita duplici observatione, seu distinctione manifestativa duplicis æquocationis.

ART. CXCV. Observandum itaque primo est, aliud esse considerare bonitatem, & malitiam electionis cujusque relatè ad eius objectum secundum se, aliud relatè ad dispositionem animi præcedentem

tem ex parte subjecti, seu relatè ad præcognitionem de eodem objecto secundum se, quæ de facto inest ipsi eligenti. Cum enim unumquodque objectum, quicquid bonitas, & malitia secundum se distinguitur realiter ab eodem objecto, ejusque bonitate & malitia, ut præcognitis sic, vel sic; fieri profectò facillè potest, ut cognitio directà de bonitate, aut malitia objecti alicujus secundum se, non sit omnino certa, aut sit valde incerta, aut propiè, & strictè dubia; & nihilominus cognitio reflexa de eadem bonitate, aut malitia prout sit, vel sic determinatè representata per cognitionem directam, seu potius de bonitate, aut malitia electionis hic, & nunc, & sub tali determinatè cognitione directà, sit nihilominus certa, aut non usque adeò incerta. Quia nil obstat quominus cognitiones diversitatis, aut etiam contrarietatis ejusmodi mutuo componantur invicem in eodem intellectu, & circa idem, sed non secundum idem adequatè, aut non sub eadem ratione formali. Dubitatio autem, & opinio probabilis, de quibus differimus, & quas invicem contrarium, sunt cognitiones tendentes directè ad objectum electionis, secundum se; cum dictam in ultimum conscientia, & actus postremus præceptivus prudentia, vel maxime proprius, ejus in alteram determinatè partem, certitudinem asserimus sub dubio, & opinione, sit cognitio reflexa judicans de objecto prout subest prædictæ cognitioni directæ, deque ejusdem objecti electione faciendâ, vel omittendâ, sic, & nunc, & sub eadem cognitione directâ. Nulla igitur est in dictis à nobis, iisdemque communibus assertis contradictio. Adde majoris claritatis gratia, si quæ adhuc desideratur major, eadem ratione fieri facillè posse, & sæpè accidere, ut cognitio directâ de objecto, quod sit bonum, vel malum, eligendum, aut rejiciendum, quæ est postremum consequens totius prudentialis consultationis directæ, sit falsa, & nihilominus sit verum ultimum conscientia dictamen immediatè regulativum electionis, tamen idem asserat, aut neget. Nam si quis directè indicet levare festucam, quod est exemplum Divi Thomæ esse peccatum lethale, cognitionem tamen habet proculdubio falsam, & nihilominus est cognitio certissimè vera, quæ reflexè asserat levare festucam stante ejusmodi præjudicio directo, secundum ipsum perseverat, esse peccatum lethale. Similiter fallitur, qui judicat directè se teneri mentiri ad tuendam vitam innocentis; & tamen non fallitur, quatenus judicat se ad id ob eum finem teneri manente ejusmodi persuasione directâ, & sic de similibus. Sic ergo & in re nostra proportionaliter.

ART. CXCVI. Observandum rursus consequenter est enunciationem directam de bonitate, aut malitia cujusque objecti non comparari cum ultimo dictamine reflexivo conscientia, quod ad eam cognitionem directam subsequitur, tanquam antecedens cum suo consequenti, sed tanquam materiam, & objectum partiale cum cognitione, & consideratione sui. Nempe duæ istæ cognitiones dependent ex principis longe diversis, & inferuntur per discursus pariter diversos. Cognitio namque directâ dependet ex prædicatis intrinsicis cujusque rei, & operationis, & inferitur per discursum comparativum in eorum secundum se, cum eorumdem fine secundum se. Dictamen autem reflexivum conscientia dependet ex prædicatis intrinsicis cognitionis ejus directæ, adeoque extrinsecis objectis cognitionis ejusdem, & inferitur per comparationem cujusque cognitionis practicae particularis cum cognitione practica universalissima, & per se nota, aut certa. Unde cognitio directâ

Pars II.

practica præiens ad unamquamque electionem regulatur his principiis: *Declina à malo, & fac bonitatem: Quod tibi non vis, alteri ne facias*, & similibus, & considerat conformitatem, & disconformitatem cujusque agibilis cum prima regula objectiva morum juxta ea, quæ dixi de ipsa lib. 3. *Curs. Theol. qua. 20. & 21.* Ultimum verò dictamen reflexivum conscientia regulatur per illud Apostoli. *Quod non est ex fide, peccatum est*, & per id, quod huic Apostolico documento subiungitur in cap. *Litteras de rest. spol. post med. Quidquid sit contra conscientiam, adificat ad gehennam*; & per similia; atque considerat conformitatem, & disconformitatem prioris cognitionis directæ, nec non sui ipsius cum prima, ac universalissima regula formali, & proxima morum juxta ea, quæ inibi dixi q. 22. 23. & 24. quæque in toto isto opusculo prosequimur. Mirum igitur non est, certè non est impossibile, quod ex duabus cognitionibus usque adeò invicem dissidentibus materia, & scopo, principiis, ac regulis, licet altera, quæ præit, sit utrunque incerta, aut prorsus dubia, ac suspensiva; altera nihilominus, quæ deinde subsequitur, evadat certa, aut minus incerta, ac decisiva.

Superadditur ulterioꝝ declaratio certitudinis, & incertitudinis prudentia humana.

ART. CXCVII. **C**erta, inquam, aut minus incerta. Quia non est conditionis humanæ pro infelici isto naturæ lapsu, & corruptæ statu, ut veritatem, & certitudinem prorsus infallibilem veritatis circa singula agibilia perpetuè assequi ullo pacto possit, si vè quoad cognitionem directam de honestate, aut inhonestate objectiva cujusque agibilis secundum se, si vè quoad cognitionem reflexam de sufficientia, aut insufficientia cujusque ejusmodi cognitionis directæ ad bonitatem, aut malitiam moralem electionis hic, & nunc faciendâ. Id quod redditur manifestum, ac innegabile; quoad cognitionem quidem directam ex innumerabilibus controversiis Theologorum moralium circa licitum, & illicitum, honestum, & inhonestum, nec non circa magnitudinem, aut parvitatem utriusvis hujus extremi; quoad cognitionem verò reflexam ex hac ipsa ingenti controversia universali; in qua versamur. Manifestum siquidem, ac innegabile est, in utroque genere controversiarum alios ex auctoribus sibi invicem contradicentibus decipi, alios non decipi, & nemo certificari omnino potest se esse in numero eorum, qui non decipiuntur potius, quàm de opposito, præsertim quoad prius illud genus controversiarum innumerabilium. In quo nimirum nulli uni contingit, ut aut nunquam, aut semper decipiatur, uti quis spontè credet, & ostendi à priori facillè potest, servata proportionem, ex his, quæ pro re simili disserui lib. 4. *Curs. Theol. quaest. 5.* Dictamen autem ultimum reflexivum conscientia licet sit necessario verum, ac evidens, quatenus approbat, vel reprobat electionem tantum ex suppositione prioris opinionis probabilis, cui ipsum supervenit, tamen secundum conceptum absolutum subest eidem periculo falsitatis, cui suberat illa ipsa opinio; & siquidem hæc fuit falsa, illud quoque necessario evadet falsum. Si quis enim judicat probabiliter, id est, adhibita debita diligentia, & invento magno fundamento, levare festucam esse peccatum mortale

le; evidens est voluntatem levandi festucam stante eo iudicio fore lethaliter peccaminosam & similiter fore laudabilem eandem voluntatem stante similiter actuali iudicio probabili, quod honestum sit ex levare festucam. Cæterum secundum conceptum absolutum eadem est falsitas dictaminis reflexi, & opinionis directæ. Quia veritas rei in se semper est in contrarium, & quod est verum tantum ex suppositione falsa, est falsum absolute. Rursus si idem dictamen reflexivum erit conceptum dependenter ab opinione, quam quisque tenet in præsentī controversiā; evadit ex hoc etiam capite specialiter incertum, ac fallibile apud plerisque saltem omnes. Quia in ista controversiā usque adeo ferventer utrinque agitata utralibet pars contradictionis est probabilis, incerta, ac fallibilis apud plerisque omnes, & vix est unus aliquis, si tamen est ullus, qui certificari possit se habere demonstrationem pro ea parte, quam tenet. Est autem incertum, quod dependet à principio incerto.

ART. CXCIII. Nec vacat dicere, eum, qui operatur juxta sententiam de tenenda tutiore, esse omnino certum de veritate sui dictaminis, & de rectitudine sui operis. Non, inquam, vacat hoc dicere, quia dupliciter eligere quis potest, quod tutius est. Primum quia tutius præcisè est, & evidenter constat esse tutius, estque majoris perfectionis eligere, quod est tutius. Atque hoc non est formare dictamen dependenter à sententiā, quam quis sequitur in præsentī controversiā. Quia de consilio, & de majori perfectione sequendi tutiorem, nulla unquam fuit controversiā; & de præcipuis auctoribus negantibus obligationem sequendi tutiorem adversus verè probabilem, minus tamen tutam, constat per indicia haud obscura, semper nihilominus in rebus controversis operatos fuisse juxta tutiorem. Neque, id est, valde difficile scilicet, & ex se præcisè, seu respectu observantis de cætero constanter, & ex actè totam legem quoad ea, quæ sunt omnino manifesta, & extra omnem controversiam. Quia in iis comprehenduntur difficillima quæque, utpotè expressa distinctè in legibus divinis, & humanis, uti adnotabam iterum, & ex majori parte manifestavi superius art. 38. Modus alius eligendi tutius est, dum eligitur ipsum tutius, non præcisè quia tutius est, & quia electio tutioris laudabilior est, magisque perfecta, sed quia urget obligatio eligendi tutius, & quia electio opposita, aut omisso prioris electionis est peccaminosa. Et tunc concipitur quidem ultimum dictamen conscientie dependenter à sententiā adversariorum nostrorum in præsentī controversiā, certè congruit illi sententiā, sed subest secundum suum conceptum absolutum eadem incertitudini, cui subest hæc ipsa sententiā, ut patet ex dictis, & ex se est satis manifestum; & si eadē adversariorum sententiā est falsa, electio ejusmodi non vacabit gravi incommodo materialiter, uti quoad utramque partem paulo inferius demonstrabitur, idemque dico proportionaliter de judicante, & operante dependenter ab hac nostra præsentī opinione.

ART. CXCIX. Concluditur igitur nullam cognitionem directivam electionis esse posse totaliter certam, & expertem omnis prorsus incertitudinis secundum suum conceptum absolutum in materia opinabili, qua opinabilis apud unumquemque est hic, & nunc. Unde rursus consequitur non pertinere ad prudentiam humanam, & ad modum agendi humanitus prudentem, ut in omni materia etiam controversa, & utrimque probabilis adveniatur certitudo totalis, cumque eadem, & non aliter eligatur unumquodque. Quia non pertinet ad prudentiam, quod

est impossibile, nec congruit homini obligatio, que non potest ab homine experiri. Certitudo igitur que sita ad electionem prudentem, & absolute laudabilem est, qualis convenit assensui conceptui fundamento absolute, & comparative magno omnibus hinc, & inde diligenter consideratis, qui supponit exposuimus. Cui proinde fundamento ita acquiescit intellectus, ut plus recedat à fluctuatione, & suspensione propriè, ac stricte dubitantis, quam à firmitate, ac immobilitate propriè, ac stricte sententis, aut creditis fidei civia; sicut & converso accedit magis ad lubricitatem dubitantis, quam ad stabilitatem scientis, aut credentis, qui suspicatur, qui leviter, aut temerè opinatur, qui voluntariè conjecit sese in falsitatem, seu ignorantiam præve dispositionis, estque adhuc sibi aliquatè conscius, ac memor voluntariè ejusmodi præparationis intellectus voluit. Ac demum ea certitudo credenda est sufficere ad honestatem electionis in quibuslibet rebus ad salutem animæ pertinentibus, quibus temporalibus incipit exitus rebus, atque negotiis contenti esse solent homines sui, rerumque suarum temporalium niminè negligentes, nec improdentes, ac stulti habitū in seculo, seu in conceptu filiorum hujus lucis. Utrobique nimirum incidit læpè falsitas prudentiæ humane, seu propriæ hominis naturalis, & multo sæpius falsitatis necessaria, sed non necessario mutua comes incertitudo quoad bonitatem, & pravitatem absolutam obiectorum in se, & electionum per se. Hinc sap. 9. 13. dicitur: *Quem enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timida, & incerta providentia nostra.* Et mox: *Urgetur comparatio mox à nobis atacta.* Et sic illi astimamus, quæ in terra sunt, & quæ in profundi sunt, invenimus cum labore. Quæ autem in calis sunt, quæ vestigabit? Sermo autem est ex professo de nobis practica, & directiva electionum, ut patet clare ex toto contextu antecedenti, & subsequenti. Aristoteles etiam, cujus aliqua hæc in re testimonio didimus art. 10. non tam demonstrat, tametsi & hoc facit, quam supponit, ut per se totum, & prudentiam esse opinabilem, & incertum, atque conclusionem consultationis prudentialis esse fallibiles, ut videre licet lib. 1. Eth. 1. 1. 3. & toto ser. lib. 6. maxime verò cap. 10. & 11. Et quidem ratio merè naturalis circa ea, quæ pertinent ad legem naturalem, qua naturalis præcisè est, est, quæ adeo incerta, ut Aristoteles in prædicto op. 1. eruperit in hanc sententiam, quæ luce Evangelica illustratis hominibus mirabilis merè tō videntur polli, & accidat inexpectata. Hæc autem, & sic, requirit, de quibus civilis considerat, tantam differentiam, tantumque errorem in se habent, ut lege, non naturæ videantur. Et D. Thomas lib. 2. sub invicem universali ter sic pronunciat: *Materia autem moralis, quæ ipsa est tota materia prudentiæ, talis est, quæ non est ei conveniens perfectæ certitudo.* Cumque eadem universalitate Aristoteles dicto lib. 6. cap. 1. sub finem statuit sic: *Cum autem due sunt rationes partes, quæ rationes capaces sunt (scientia & opinativa) prudentia alterius virtus esse videtur, & opinativa. Nam circa id, quod aliter se habet, est, opinativa. & prudentia versatur.* Iidem paulo prius supposuerat, prudentiam incidere falsitatem, & spontè peccat, magis eligendus est, minus qui in prudentiam facit, sicut etiam circa virtutes. Hæc eadem dicit, ac sæpè supponit D. Thom. 2. 2. tota quæst. 47.

ae præsertim art. 3. & nos plura diximus in quaestioni-
bus de prudentia nondum edit. s. Sed non expedit in
re nimium clara nos amplius distineri.

ART. CC. Perfecta itaque certitudo, & totalis
infallibilitas propria prudentiae tota reducitur ad di-
ctamen ultimum conscientiae, quae reflexivum est, &
praecipit talem determinatè electionem hic, & nunc
faciendam ex suppositione praevisae consultationis
diligenter instituta, & concludentis, consideratis,
quantum par est, omnibus hinc, & inde occurrenti-
bus, hanc determinare electionem esse honestam, ac
laudabilem. Qui quidem actus praecipuus est præ-
cipuus, ac potissimus inter omnes actus prudentiae,
utpote consistens in applicatione consiliatorum, &
iudicatorum ad operandum, ideoque propinquius
accedens ad finem totius rationis practicae, ac pro-
inde prudentiae, qui est recta operatio, & electio sim-
pliciter laudabilis, remotius se habens, ut per se pa-
ter, non solum ad consultationem, cujus est invenire
media idonea ad finem, sed etiam ad conclusionem
consultationis, cujus est iudicare speculative de in-
venitis, ut loquitur D. Thom. in quaest. illa 37. art. 8. U-
bi haec omnia tradit iisdem fere hinc verbis. Hic
porro actus praecipuus approbans, & indicens hanc
determinatè electionem, ex suppositione diligentis,
modo praedicti, consultationis, necnon iudicii, qua-
le nuper exposuimus, de bonitate ac honestate ob-
jecti in se sub his determinatè circumstantiis ob-
jectivis, est eatenus evidens, ac infallibilis, certissimus-
que. Cum enim electio qualibet specificetur ex ob-
jecto, non prout est in se, sed prout apparet in in-
tellectu, atque ab eodem proponitur voluntati, ut
saepè diximus, & est ex se manifestum, fieri profectò
minimè potest, ut, praemissa diligenti consultatione
omnia circumquaque occurrentia attentè conside-
rante, atque invicem conferente, concludatur, ac
re ipsa iudicetur hoc obiectum sub his circumstantiis
omnibus, cum ex parte ejusdem obiecti, tum ex
parte operantis, esse honestum, atque honestè eli-
gibile, atque ut tale proponatur voluntati; & nihilo-
minus electio tali iudicio conformis evadat prava, &
peccaminosa formaliter, ac imputabiliter, & quod
rem ipsam distinctius declarat, digna specialis poe-
nae immediate ratione sui. Hoc inquam, est im-
possibile, quia impossibile manifestè est, ut quis
sit vituperabilis, ac punibilis, quatenus operatur
conformiter ad regulam suam proximam; id est, ut
merito vituperetur, ac puniatur; unde est laude
potius dignus, & praemio. Evidens igitur, atque in-
fallibile est dictamen ultimum reflexivum conscien-
tiae, quae reflexivum est, & praecipit, atque praecipi-
endo approbat electionem tantum ex suppositione
praedicti iudicii directi de absolutà honestate ob-
jecti, & rectitudine electionis.

ART. CCI. Quod si post consultationem, qua-
lem diximus esse necessariam, ut operemur honestè,
atque probabiliter iudicemus de honestate cujusque
operis, praedictum iudicium directum de honestate
objecti, & de bonitate morali electionis evadat nihilo-
minus fallum; electio, quae subsequetur eidem
iudicio conformis, erit materialiter tantum mala,
formaliter verò bona, & laudabilis. Quia videlicet
est inhonestum, in se re ipsa obiectum materiale, ad
quod fertur, seu materia, in qua versatur; motivum
verò, ob quod fertur, ac versatur, est honestas ipsa
realis proposita per idem iudicium, ut pluribus ex-
posuimus lib. 3. Curs. Theol. quaest. 24. atque appa-
ret ex verbis, quibus Augustinus amicum, à quo
ipse laudabatur, laudat simul, & repellit Epist. 126.

Pars II.

Tibi prodest, ait, ipsam diligere bonitatem, quam
profecto diligit, qui eum diligit, quem credit bonum,
sive ille se ita, sive aliter, quam creditur, habeat.
Ubi laudatur tanquam verus amator bonitatis rea-
lis, qui amat non bonum, quia credidit esse bonum.
Eadem autem quoad hoc ratio est deceptione
circa bonitatem personarum, & circa rerum boni-
tatem. Quia affectus perinde utrobique adhæret
qualitati objecti, quæ creditur inesse, sive in sit rei
ipsa, sive non in sit. Equaliter proinde utrobique
excusat ignorantia invincibilis, si iudicium de hone-
state, aut inhonestate, licito, aut illicito feratur
adhibita diligentia inveniendæ veritatis, quantam
quisque credit adhibere se teneri, tum circum-
stantiam, de qua eligenda agitur, cum cir-
ca magnitudinem, & qualitatem ejus diligentiae,
quam adhuc quisque pro unaquaque opportuni-
tate, & rerum dignitate tenetur. Diximus non pauca
supra ab art. 20. ad 38. de ignorantia ejusmodi invin-
cibili, de qua ejus sufficientia non solum ad excusan-
dum à peccato, sed etiam ab bonitatem, & laudem
electionum, quæ alioquin futuræ essent peccaminosa.
Proderit nihilominus, si id ipsum confirmemus
ulterius à posteriori per exempla facile obvia, & ad-
modum frequentia, ac profus innegabilia. Proderit,
inquam, id ad intelligendum distinctius, & firmitus
credendum gradum certitudinis, qualem diximus
sufficientem ad bonitatem moralem, & veram lau-
dabilitatem electionum humanarum.

*Subinfitur opportune peccatorum
materialium frequentia
innocens.*

ART. CCII. **V**T autem incipiam cum Augu-
stino, propono primo loco
multos illos, quorum iterum memini supra, exhi-
bentes parentibus non suis, creditis tamen suis, pie-
tatem, & obsequia filialia. Multos itiusmodi filios
dixi, quia nemo nescit esse quam plures, qui deci-
pantur credendo matrem matris suæ esse suum pa-
trem, ut nil dicatur de filiis concubinarum, mere-
tricum, aliarumque non unitis generis furtivè con-
cipientium, deceptis à matre circa patrem, aut cir-
ca utrumque ab educatoribus suis. De his ita pro-
nunciat S. Doctor lib. de utilit. cred. cap. 12. sub ini-
tium: *Quis enim non videat pietatem, nisi ita sit* (si nil cre-
datur, nil agatur, nisi certò scitum) *Sanctissimum ge-
neris humani vinculum superbissimo scelere violari? Nam
quis vel infans eum culpandum putet, qui eis officia
debita impenderit, quos parentes esse crediderit, etiam
si non essent. Quis contra non exterminandum judicave-
rit, qui veros fortasse parentes minime dilexerit, dum ne
falsos diligit, metuit? Hi nihilominus ita decepti
filii, & ex vi deceptionis innocentiter, imò & lauda-
biliter sic agentes duplici ex capite materialiter pec-
cant, tum per excessum, quatenus officia filialia ex-
hibent parentibus re ipsa non suis, tum gravius per
defectum, quatenus eadem negant verè suis. Nil
porro necesse est ponderare, quod est facile consi-
derare, quoties, & quanto tempore peccata ejusmo-
di purè materialia tepentur cum laude à sic dece-
ptis. Facile quoque perspicitur, si quis attentè con-
siderate, & patienter supputare velit, quot, & quam
enormium aliorum præterea peccatorum purè ma-
terialium secunda leges, ex eodem illo errore;
& cum eadem sola ignorantia invincibilis excusa-
tione, proveniat, atque cum auctario numeri ad
plera-*

pleraque posteriores generationes magis, ac magis succrescat, propageturque perpetuo ad finem uique mundi. Quod equidem malum eminet multo magis, quoad possessiones bonorum materialiter injustas, singulis quibusque ejusmodi deceptis filiis, & filiis filiorum possidentibus tulo hereditatis boni, si secludatur ignorantia invincibilis, non sua, & aliis vicissim possidentibus similiter, quæ sunt illorum. Adde, si placet donationes, aliosque innumeros contractus indidem injustos per se, ac nullos, ac præsertim contractus matrimoniales non paucos in gradibus jure positivo, & nonnunquam etiam naturali prohibitis in totos. Atque totidem circa hoc caput leviter insinuas suffecerit.

ART. CCIII. Propono secundo loco cum eodem Augustino myriades, & myriadam myriades militum obsequentium, & cooperantium Principis in bellis utrimque, vel ex altera saltem parte injustis, aut injustè intentatis injustitiis, aut material, aut etiam formali. Hi militis tamen justitiam belli nullatenus perspiciant, dummodo injustitiam ejusdem nulla cognoscant certa omnino notitia, nullus sunt rei peccati formalis, seu speciali pena digni immediatè ratione sui, cum exequantur innumera materialiter peccata homicidiorum, directionum, vastationum, translationis dominorum etiam amplissimorum à veris dominis ad veros prædones. Audiatur Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 75. Ubi præfatus initio: *Interest enim, quibus causis, quibusque auctoribus homines gerenda bella suscipiant; ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas, atque consilium penes principem sit, exequendi autem iusta bellica ministerium milites debent pati, salutisque communi.* Concludit in fine: *Cum ergo vir justus, si forte sub rege homine etiam sacrilego militet, recte possit illo jubente bellare civica pacis ordinem servans, cui quod jubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel utrum sit, certum non est: ita ut fortasse reum Regem faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi.* Quæ eadem habentur 13. q. C. quid culpabitur, & Adriano quæst. illa quodl. cap. 2. punct. 2. ad. 1. fuerunt occasio, ut abique sufficienti, quantum assequot, causa, ac necessitate anxè, & hæsitante delegitima illorum intelligentia, deque eorumdem veritate disquireret, ac demum audientius aliquid, dum de Augustino in re tanta loqueretur, insinuat. Sed de hoc alibi. Nunc enim constat, plurima ex hoc capite, & maxima peccata pueri materialia perpetrari innocenter, & cum laude perperantium, iudice Augustino.

ART. CCIV. Propono tertio loco iudices utriusque fori, interni, & externi persæpe, & gravissimè peccantes purè materialiter beneficio solus ignorantie invincibilis in materia non solum juris humani, sed etiam naturalis, & positivi divini. Notum nimis est in causis, & civilibus, & criminalibus adhiberi persæpe (apud aliquos præsertim populos, eosque non paucos ea propter specialiter, solemniterque infames) testes falsos, & instrumenta falsa, ratione quorum adiunguntur iudices, nil aliunde consilii, & nulla existente exceptione idonea in contrarium, affligere innocentes in fortunis, in honore, in corpore, in vita quoque ipsa, & bona veris dominis ablata adjudicare non dominis, absolvere de contra nocentes, & locupletare latrones, aliaque similia quotidie exequi cum laude, tamen materialiter iniqua sint. Mitto dicere, quia, id est, controversum, de iudici-

bus aliunde certò consensu de veritate pro innocentem, aut vero domino, & quod ejusdem rationis est de iudiciis, tamen non certò consensu de falsitate probationis iudicis, nil tamen credentibus eorum, quæ sunt iudicè probata in processu, sed vel suspectis assensum, vel dissentientibus ex motivatione naturaliter probabilibus, & iudicè, vel non probatis, vel non probabilibus. Quod evenit passim. Dum hoc posterius genus, planè familiarius, esse ejusdem rationis cum genere proximè præcedenti. Quia ejusdem plus minus iniquitatis est condemnare, quem credis innocentem, aut verum dominum, & condemnare, quem non credis nocentem, aut incubantem, vel incubantem alienis bonis. Iam quoad forum internum, nemo est in eo vel mediocriter expectus, quin Sacerdotes pios sæpè impendere, cum mentem contra Deo, abolutiones materialiter sacrilegas perperantibus non rite confessis, atque hoc ipsos læpè, multipliciter efficere confessiones materialiter tantum defectuosas, ac sacrilegas ex ignorantia invincibilis. Mitto representare elemosinas quotidianas pauperibus fictis, & nonnullis aliis etiam male factis, & malè meritis de republica, laudabiliter, & meritorie erogatas cum prodigalitate materialiter perperantibus, & cum pari immiserordia adversus veros pauperes tantumdem defraudatos. Mitto etiam collationes beneficiorum materialiter imoniacas, aut alias illegitimas, nec non ordinationes sacras multipliciter ex capite similiter sacrilegas, quæ probis Ecclesiæ præfatis abique ullo ipsorum eatenus demerito, & etiam cum merito obrepunt læpè. Mitto, inquam, hæc, & alia similia quamplurima fusius obtrudere, ne longum faciam, lectorique meo nimis molestum existam, & quia talia sunt omnibus ubique eorum.

ART. CCV. Claudio itaque cum Augustino id agnoscere, & contrarium quorundam contrarium vehementer detestante in eodem illo loco, unde copul dicere nempe cap. 12. dentil. cred. ante me. Multa possunt asseri, alii, quibus ostendatur nullummodò humane societatis involuntate remanere; si nil aliud statuerimus (in ordine præsertim ad agendum, de quo immediatè erat sermo) quod non possimus tenere præceptum: (notitia omnino certa comprehensum, ut quia nempe agit totus ille liber) Adverto me in hoc censu, seu exemplis nullam de novo metentium penam, & si nil obstat aliud, etiam merentium laudem, & præmium, dum materialiter peccant, nil quoad præsens præcisè punctum curare; an qui licet operantur, & impunè coram Deo, aut etiam laudabiliter peccata materialia committant, præhabent, vel non præhabent opinionem, seu magis, seu minus probabilem, aut etiam moraliter, seu certam, seu incertam. Nec item curo quoad idem punctum, an ignorantia invincibilis istos ita operantes protegens, seu excusans sit ignorantia facti, an juris, & an juris naturalis, an positivi, atque hujus, an divini, an humani. Nil denique curo, an hæc eadem ignorantia proxima, ac immediatè invincibilis trahat originem ex solo peccato originali, an etiam ex aliquo antea facti temporis personali, atque ex personali, seu materialiter tantum, seu etiam formaliter imputabili, quoad eam ipsam ignorantiam, seu verò proveniat ex sola connaturali humane nature imperfectione, ac limitatione, prout subest prævidentia divina, qualis eidem nature nature connaturalis sit, vel non sit panalis, & an sic, vel sic panalis, aut non panalis. Nil nimirum horum quibusquam refert propuncto doctrinæ, quod (speciatim

confirmandum præfixi, atque de his ignorantia differtis egimus latius supra loco nuper memorato, ubi & adhibuimus, firmavimusque distinctiones earum necessarias sublati quorundam ea in re confusionibus, & æquivocationibus, & emandatis nonnullis loquutionibus non satis cautis, atque hoc maxime tempore haud mediocriter nocivis, de quæ ipsa realiquid adhuc superaddendum, atque innegabilias paulo post superaddendum. Solum igitur contentio, quod ex propositis notissimis, certissimisque exemplis irresistibiliter colligitur, non esse de conceptu prudentiæ humanæ totalem cognitionis ullius directæ, de honestate agibilium, ac eligibilium, certitudinem, seu physicam, seu metaphysicam, aut etiam moralem sumptam pro ea, cui nunquam, aut vix unquam subest falsitas, & propter miraculum sit, quandoque subest. Quia in exemplis propositis manifestissime apparent electiones formaliter bonæ, & laudabiles, necnon meritoria: apud Deum, atque adeo prudenter exercita: quæ nihilominus feruntur ad objectum reipsa inhonestum, atque adeo nulla dirigitur cognitione penitus certa, & falsitatis prolixus experte, cum falsitati repugnet totalis certitudo præterquam pure affectiva, & propria hominis pertinacis, hæresibusque communis, quæ proinde improprie dicitur certitudo, utpotè voluntaria, & non intellectus. Quia verò ex eisdem exemplis constat, quæ clarè easdem electiones formaliter bonas, & materialiter peccaminosas frequenter accidere, ac proinde frequenter falli prudentiam nostram quoad cognitionem directam honestatis objectivæ, & laudabilis eligibilitatis; concluditur cum eadem claritate, ne quidem certitudinem moralem quoad eandem cognitionem esse de conceptu prudentiæ nostræ, sumpta certitudine morali pro ea, quæ nunquam, aut vix unquam cum falsitate coniungitur.

*Dividitur, & exponitur certitudo
moralis, & qualis ea sit apud
Cajetan. & Sylvestrum.*

ART. CCVI. **O**portuit me loqui de certitudine restrictiva, quia certitudo moralis non ab omnibus eodem sensu usurpatur, nec ab eisdem ubique, sed aliter, atque aliter apud alios, & alios, necnon apud nonnullos eisdem in alia, atque alia materia. Primum enim certitudo moralis sumitur pro ea, quæ communi, ac præsertim prudentum iudicio pertinet, aut ferè æstimatur infallibilis, atque certitudo Physica, aut Mathematica, aut Metaphysica. Hoc modo dicitur vulgò moraliter certum apud eos, qui non videntur, existeret urbes, Constantinopolim in Thracia, in Gallia Parisios, Londinum in Anglia, in Hispania Matritum, fuisse olim bellum Romanos inter, & Carthaginienses duriturnum. Similiter apud Theologos dicitur moraliter certum, hominem diutius manentem in statu peccati mortalis casurum esse in novum peccatum mortale; neminem cum auxiliis ordinariis gratiæ vitasse, aut vitaturum esse per annum ex. gr. omnia peccata venialia collectivè, aut sine illis omnia similiter lethalia ad longum tempus; atque hoc sensu Bresserus, lib. 3. de conscientia, cap. 6. num. 75. alique dicunt moraliter certam sententiam, quam nos tuemur de usulicito opinionis cuiusvis prædictæ, verè probabilis. Eadem significatione pro

realia usus & ego sum, art. 134. utorque alias ordinariè Secundò, certitudo moralis dicitur, quæ licet tanta non sit, ut non frequenter reperiat conjuncta cum falsitate, tanta tamen est, quanta congruit moribus humanis, seu modò agendi humano. Priorem certitudinem moralem, conclusimus, non esse de conceptu prudentiæ quoad actus suos directos, seu non reflexivos, quæ reflexivi non sunt, & nemo, quod sciam, eatenus contradicit; dico ex iis, qui aliquid hac de re intelligunt, & verba proferunt ex intelligentia rerum verbis significatarum, atque juxta eandem. Posterior certitudo moralis frequenti, aut non admodum rarè obnoxia falsitati, juxta exempla nuper proposita, apud Mercorum, Marinarium, Gonet, & paucos alios, est convertibilis cum majori probabilitate, & attribuitur soli opinioni probabiliori, quam sit opposita; atque eadem ab eisdem asseritur sub hoc sensu esse, ut minimum, necessaria ad prudentem, & laudabilem operationem. At apud Cajetanum, Sylvestrum, & quamplures alios eadem certitudo moralis est convertibilis cum qualibet vera probabilitate, & attribuitur cuivis opinioni verè probabili, juxta expositionem verè probabilitatis superius à nobis exhibitam, eademque ab eisdem asseritur sub hoc sensu sufficiens ad prudentem, & laudabilem operationem. Alii plerique auctores, ut Suarez, Sanchez, Vasq. Layman, neque affirmando, neque negando utuntur communiter hac voce certitudinis moralis, sed sub vocibus majoris, & minoris probabilitatis, quibus & ego solis usus sum in mea quæstione, utorque modo, consentiunt reipsa Cajetano, & Sylvestro quoad sententiam ipsi à me attributam.

ART. CCVII. Expedit autem ostendere eam attributionem factam à me esse, non solum ex sincero, ac firmo animi sensu, verum etiam cum magno, & urgenti fundamento deprompto ex utriusque præclari auctoris summis, semper, & ubique jure optimo celebratissimis Cajetanus ver. *Opinio, & Opinonis usus*, non dividit opinionem, ut jam vulgò fit, in magis, & minus probabilem, nec meminit istarum vocum, sed immediatè contraponit opinioni illicitæ certitudinem moralem, absque distinctione itidem majoris, & minoris certitudinis moralis. Unde argutivè tantum induci potest in alterutram partem hodiernæ controversiæ. Opinionem autem triplici ex capite dicit illicitam: Primò, quia voluntaria est, nempe concepta voluntate trahente intellectum ad unam partem absque sufficienti ratione pro illa. Secundò, quia exorbitat à sua regulà, nempe à sacra Scriptura, exposita ab Ecclesia Catholica, propterea quæ suspecta est communi Ecclesiæ, seu Apostolicæ Sedi. Tertiò, ex nimio cuiusque affectu erga suam opinionem, dum probabilia accipiuntur, ut demonstrata ex nimio affectu ad nostra, & cum minore, quam opus foret, examine, resolutione, & iudicio. Ex hac divisione, quandoquidem ponitur tanquam adæquata, videtur rectè argui omnem opinionem, quæ nulli ex his tribus vitiis subest, esse licitam apud Cajetanum. Nulla autem opinio verè probabilis subest, ex suo conceptu, ulli tali vitio, ut liquiddò apparet ex sapè inculcata à nobis verè probabilitatis expositione. Incipit deinde agere de usu opinionis, his verbis: *Opinione uti, ut regula operum interiorum, & exteriorum, est quandoque licitum, & quandoque illicitum;* & protinus determinat ipsum quandoque cum distinctione inter credenda, & agenda. Quoad credenda dicit illicitum esse uti opinione, nisi ea submittatur regulæ superiori sanctæ

matri

matris Ecclesiae, & Apostolicæ Sedis. In quo virtualiter continetur licitum esse uti opinione quoad credenda, submitiendo opinionem eidem regulæ. Quoad agenda ponit hanc conclusionem. In operandis vero, nisi tutiorem partem eligendo, non licet opinionem cuiuscunque assumere, ut regulam operis. Probat autem conclusionem istam eodem prout quoad substantiam fundamento, quo nos probavimus supra art. 189. ex communi, quemcumque non eligentem, ac agentem, quod tutus est, in dubio de peccato, peccare eo ipso genere peccati, de quo est dubium, idemque extendimus, art. 191. sub finem, ad suspensionem, & opinionem quamlibet levem, seu non probabilem, adjuncta ulteriori adhuc huius rei expositione, & confirmatione, art. 197. sub initium. Cum ergo ratio dicendi, sit quoque ratio intelligendi dictum, intelligendum utique est apud Cajetanum sub nomine opinionis illud ipsum, quod significatum à nobis fuit, nomine tum dubii tum opinionis levis, minimeque probabilis, & plus habentis de dubitatione propriè, ac strictè tali, quam de certitudine simpliciter, seu de certitudine strictè tali. Idem colligitur ex priori illa alia conclusione, quod quandoque licet uti opinione tanquam regula. Nempe non utitur opinione, sed vel scientia, vel fide divina, vel intelligentia, qui eligit tutiorem partem præcise, quia tutior est. Necessè igitur est, ut in posteriori conclusione, de usu illicito opinionis, licet efferatur absolute opinio, subintelligatur nihilominus restricta ad infimam ipsius speciem pro eaque sola determinatè supponat, nempe pro opinione improbabili, & plus accedente ad dubitationem propriè talem, quam ad totalem certitudinem.

ART. CCVIII. Confirmatur ex duabus periculis, quas interciit Cajetanus suæ probationis. Quarum altera est: Et quia præsupponitur, quod non eligatur tutior pars, consequens est, ut operatio committatur regulæ ambigua ad casum peccati. Altera vero est: Et si de peccato mortali agitur, constat esse peccatum mortale, facere scienter operationem dubiam, an sit mortale. Ergo nomine opinionis in prædicta secunda concisione intelligitur regulæ ambigua, & dubia. Quæ quidem videtur esse clara nostræ intentionis expressio. Sed pro pleniori claritate attendatur hæc in fine totius probationis restrictio. Et hæc intellige de opinione propriè dicta, ut diximus, quæ est cum formidine alterius partis, & per se loquendo. Ubi nota particulam, ut diximus, non posse referri, nisi ad opinionem, quam dixerat illicitam, & exposuerat distribuendo illam in tres classes, ut retulimus. Nullam nimirum aliam opinionis expositionem, ad quam se referre posset, præciterat. Observavimus autem, quod est manifestum, sub nulla ex illis tribus classibus opinionem, qualis à nobis dicitur probabilis contineri.

ART. CCIX. Consideretur jam altera pars de certitudine morali immediatè contraposta opinionem, an non ea coincidat cum vera apud nos probabilitate, eidemque congruat ad amissum, sive sit de cetero major, sive minor probabilitas. Duplicem distinguit Cajetanus certitudinem moralem, alteram pro viris doctis valentibus per se ipsos discernere, ac librare momenta rationum, & hanc dicit certitudinem per se, alteram pro indoctis ad illud ipsum indonatis, & hanc dicit certitudinem per accidens. De priori certitudine morali per se, dicit sic: Non enim propterea aliquid opinione tenetur, quia diversi Doctores contraria sentiunt. Quoniam cum huiusmodi contrarietate fiat, quod una pars sit ratione sufficienti ad

moralis certitudinem sulca: Et jam non est opinio apud capientes rationem illam: sed quia nesciunt matrem, omnia quodammodo locant sub opinionibus. Hic rationem in rebus controversis sufficientem pro una parte ad certitudinem moralem, adoperandum honestè, tamen ea pars non sit tutior opinio est, atque huic contraponitur eadem certitudo ista moralis. Vides tunc rationem eodem modo non necessariò debere esse demonstratam, tum quia si talis esset, non esset controversia, tum maximè, quia alioquin certitudo et rationi subnixæ non diceretur cum addito dimiuenti morali, nec contraponeretur certitudini mathematicæ, quam minor majori, id est, tanquam absolute infallibili. Hæc, inquam, vides, etiam non vides in contextu ullem comparationem inter majorem, & minorem certitudinem moralem, & inter rationem unius illius partis inducitur majoris probabilitatis, quam inducat fundamentum ratio partis oppositæ, nullumque apparere vel quod apud Cajetanum necessitas in statuendi huiusmodi comparationem, ut electio recedens à tutiori sit honesta, seu non sit peccaminosa. Nil autem obstat, quominus existente, pro una parte controversie ratione ejusmodi sufficienti ad certitudinem moralem, simul ad sit pro parte contraria ratio non minus valens intellectu auctoris partis ejus contrarie, eademque non minus satisfaciens, ac proinde non minus sufficiens ad eandem apud eundem certitudinem moralem. Quin imò in omni controversia moralis agitata inter auctores Catholicos, & pios subinvicem contradicentes adfuit semper pro utraque parte ejusmodi rationes, ac proinde ad sit utraque certitudo moralis, vel vera, vel quoad qualiter operationis perinde valet, exlimata omnibus hinc, & inde diligenter consideratis. Cum igitur Cajetanus nullam rationem habeat majoris, & minoris certitudinis, nec huius distinctionis uspiam meminerit; Consequens planè est, ut in qualibet moralis inter auctores Catholicos, & pios controversia licet sit operari juxta utramlibet partem contradicentem, sive sit magis, sive sit minus tuta, & magis, vel minus certa moraliter. Licetum, inquam, sit auctoribus saltem utriusque partis, necnon ut omnibus, qui utriusvis eorum assensum suum bona fide accommodaverint.

ART. CCX. Et quid dicemus de illis multis, (verissimè multis, & quamplurimis, & quoad aliquas saltem vagè controversias omnibus omnino) qui dicuntur nescire discernere inter certitudinem moralem, & mathematicam; proptereaque omnia quodammodo locant sub opinionibus? Necessè sanè est, ut ad contenti esse debeant certitudine morali per accidens tali, utque operantes conformiter ad illam finituti in conscientia non minus, quam operantes conformiter ad certitudinem moralem per se, quoniam illam discernere valent, ut patet ex axiomate illo certum. Nemo tenetur ad impossibile. Agnoscit id, & exprimit discretè Cajetanus in altera parte suæ limitationis circa præsertam obligationem ad rationem. Quæ limitatio sic habet: Dixi hucque per se loquendo. Quia per accidens contingit, nescientes discernere inter notum opinionem, & notum certam rationem moralem, & excusari credentes, absque formidine alterius partis, viris probis, & doctis dicentibus; scilicet, quia potest licite fieri. Non dicit, magis probis, & doctis, aut aliquanto pluribus, sed tantum probis, &

& doctis, quidquid sit de reliquo. Reputat ergo sufficientem ad certitudinem moralem, adeoque ad recedendum tuta conscientia a tutiori, auctoritatem vitorum proborum, & doctorum, siue magis, siue minus talium, siue pauciorum, siue plurium, cum hoc disceptem penitus non habeat. Constat igitur eandem, & auctoritatem respectivè sufficere, & requiri apud Cajetanum ad certitudinem moralem, & per se, & per accidens, quæ apud nos itidem respectivè sufficit ad veram probabilitatem, tum ab intrinsicè, tum ab extrinsecò: Ergo certitudo moralis Cajetani est convertibilis reipsa, & prorsus eadem cum nostra vera probabilitate: atque ita censet, & exponit Scholiastes ejus Gaugricus Hispanus ibidem in editione Duacensi an. 1613, necnon M. Labbat. 3. Theol. disp. 4. dub. 7. §. 3. Ubi paulo post, ut hoc obiter notem, refert, per auctores nostræ sententiæ licitum esse usum opinionis minus tute adversus probabiliorem agnitam, ut talem. Quam tamen positam particulam posuit de suo, nec reperit apud eos auctores, atque impugnata à nobis fuit superius ex professo, ab art. 152. ad art. 162.

ART. CCXI. Clarius de more, ac distinctis, quam Cajetanus, tradit eandem doctrinam Sylvestri, & quatenus ambo isti insignes Doctores fuere Synchoni, & ejusmodi Ordinis, utriuslibet certus potest haberi loco glossæ, seu commentarii respectu alterius quoad significationem vocum. Igitur Sylvester, ver. *Opinio*, præfert imprimis declarationem opinionis ex D. Thom. quam, & nos retulimus, ac expendimus supra, & dicit opinionem esse, cum intellectus assentit alicui, non quia sufficienter moveatur ab objecto proprio, sed per quandam electionem voluntarie declinans in unam partem magis, quam in aliam, idque cum dubitatione, & formidine alterius partis. Et rursus: *Opinio* verò, ait verbis suis, neque evidentiam, neque certitudinem habet; sed credulitatem fundatam in humana ratione insufficienti ratione, & non concludente necessario, sed probabiliter pro una parte, & non pro alia. Deinde proponit questionem primam: *Vtrum auditores diversorum Magistrorum tenentium diversas opiniones, quarum scilicet altera necessarium est falsa, excusentur, si sequantur opiniones suorum Magistrorum?* Circa quod refert, & amplectitur doctrinam D. Thom. & Antonini, quam superius constitit nobis omnino favere; de D. Thom. art. 162. & de D. Antonino, art. 165. Cumque D. Antonin. & alios graves auctores, re, & verbis ipsi consentientes concitasset, quoad rem ipsam, cum quibusdam aliis, qui videri poterant dissentiri; superaddit demum de suo hæc omnia, ut veram de re proposita sententiam, & prædictorum omnium Doctorum, & suam exponat clarissimè. Et hoc intellige non solum, quando quis facit, quod in se est, ut intelligat veritatem: quia talis etiam in manifestè determinatis excusaretur, cum laborat ignorantia pro tunc invincibili. sed etiam cum quis in affectione ad suum Doctorem judicat probabiliter, ut sibi videtur, esse verum, quod est falsum. Nec obstat, quod in dubiis tutior pars est eligenda de sponsione. Quia non est in dubio, qui probabilibus rationibus flectitur ad unam partem. Nec quod incertum dimittendum sit, & certum tenendum; de Penit. disp. 7. si quis. Quia tenet iste certum sibi moraliter, cum in moralibus sufficiat certitudo ex probabilibus secundum Philosophum 1. Ethic. Unde si Ioachim tenet contra fidem de Summa Trinit. Damnamus. Et non fuit hereticus, quia talis articulus nondum erat per Ecclesiam damnatus, multò magis excusatur se-

quens opinionem Doctoris non reprobam cum voluntate non adherendi, si vera non appareret. Faciunt hæc usque ad eò manifestè pro nobis, & pro convertibilitate, atque reali identitate moralis, apud insignem istum Moralistam, & consequenter apud Cajetanum, certitudinis cum vera apud nos probabilitate, ut temporis iacturam facturus essem prorsus prodigam, ac inutilem, si Lectori meo molestus amplius esse vellem singulas resolutionis hujus partes cum singulis assertionis nostræ partibus componendo. Faciet id facile prudens Lector, si placeat singula seorsim, & coherentiam omnium ferò, ac sincerè considerare. Faciet verò facilius, si advertat istam ejusdem Sylvestri causalem, ver. *Probabile*. Et secundum Cancellarium, ait, quod sic est probabile, dicitur certum moraliter. Quia certitudo moralis non contingit ex evidentia demonstrationis, sed ex conjecturis probabilibus, grossis, & figuratibus. Quæ retulimus ex Sylvestro; vide etiam, si placet in paulò anteriori Sum. Ang. ver. *Opinio*. Adde, quoad Cajetanum, indicium minime contemnendum, quatenus totum suum de opinione, deque usu opinionis discursum claudit hac periodo: *Non enim exigit Deus ab homine plusquam conditio hominis habet, quia divina sapientia disponit omnia suaviter*. Qualia tanè auctores nostræ sententiæ soliti sunt pro se passim usurpare, & nos paulò prius spontè usurpabamus; Eadem verò minus congruunt trudentibus ad inferos, quicumque in re gravi deserunt tutiora, ac rigidiora absque majori in contrarium probabilitate, & quin de hoc probabilitatis excessu prævidetur certitudo, ideoque auctores hujusce sententiæ usurpare pro se talia minime solent.

ART. CCXII. Ex iis itaque omnibus apparet non esse de conceptu prudentiæ humanæ, certitudinem simpliciter, seu infallibilitatem, totalem quoad ullam cognitionem directam objecti eligibilis, ipsiusque electionis; solumque actum ultimò præceptivum ejusmodi certitudine universaliter gaudere, quatenus reflectitur supra cognitionem directam, de honestate objecti, vel omnino certam, vel saltem verè probabilem, aut ut alii loquuntur, moraliter certam; ac demum obligationem vitandi periculum, transgrediendi legem Dei, quod imminet formaliter, ex qualitate præviæ cognitionis directæ, solum vigere, ac urgere sub cognitione, vel dubia propriè, ac strictè, vel leviter fundata, atque improbabili, seu non probabili de honestate eligibilis, & quod electio nò sit peccaminosa, uti quoad singulas partes expositum hucusque est, & videtur sufficienter, efficaciterque confirmatum. Verùm recedere minime debeo ab isto discursu sub orto ex periculo transgrediendi legem Dei sub directione opinionis probabilis, quin expendam, & mittam in bilancem momentum hujusce periculi in doctrinis, & in operationibus, necnon necessitatem, atque obligationem seriè, ac vigilis præcautionis quoad utraque. Inde enim plurimum, ut spero roboris accedet doctrinæ hucusque, à nobis propugnata; & fiet, ut veluti aspersa, frigida in tepefcat, si non & frigeat, penitusque deponatur ardor ille vehemens nonnullorum ex Adversariis nostris.

Instituitur comparatio periculi inter opiniones strictas, & largas, vulgò tutiores, & minus tutas.

ART. CCXIII. **D**ignum principio est, quod altè insigatur animo, semperque

perque præ oculis habeatur in controversiis, & de-
fectu doctrinarum, documentum pulchrum, & soli-
dum D. Bonavent. tom. 7. art. 7. cuius alterius illi sup-
paris, lib. 1. comp. Theol. cap. 52. Cavenda est conscientia ni-
mis larga, & nimis stricta. Nam prima generat præsum-
ptionem, secunda desperationem. Item prima dicit se-
pe malum bonum, secunda è contra bonum malum. Item
prima sepe salvat damnandum, secunda contra damnat
salvandum. Hinc sequitur opiniones tutiores ex
parte objecti, hoc est assertivas obligationis in
conscientia, ideoque strictiores, eo ipso esse tan-
tumdem periculosas, tum ex parte effectus, quem
apta sunt inducere, tum formaliter, & secundum se.
Quia omnis opinio est exposita periculo falsitatis;
atque in opinione tutiori ex parte objecti, hoc peri-
culum est conjunctum, ex textu adducto, cum peri-
culo generandi desperationem, dicendi malum esse,
quod bonum est, & damnandi eum, qui alioqui sal-
vandus erat. Qui enim affirmat obligationem
aliquam ultra eas omnes obligationes, quas reipsa
imponunt leges, quod est proprium opinionis tutio-
ris, seu strictioris falsæ, impellit eatenus ad despera-
tionem juxta illud: Alligant onera gravia, & importa-
bilia. Tale namque onus est, quod superadditur oneri,
quale ex iudicio, & sapientia Legislatoris est iuste
proportionatum totis viribus subditorum. Idem
consequenter sepe damnat salvandum. Quia expo-
nit speciali periculo damnationis eum etiam, qui alio-
qui salvandus erat, utpote succumbentem oneri
præcisè propter pondus superadditum toti iusto
ponderi. Quod autem ab eodem dicatur malum
esse, quod bonum est, atque subtrahat, quantum est
de se, liberæ hominum facultati, quod Deus eidem
amanter concedit, ex se spontè patet. Quia in hoc
formaliter consistit falsitas opinionis strictioris, seu
ut vulgò dicitur, tutioris. Verum igitur est, quod in-
ferebamus, opiniones strictiores, easdemque vulgò
dictas tutiores esse tantumdem periculosas, & se-
cundum se, & quoad effectum suum, ita ut quo stri-
ctiores sunt, eo sint periculosiores.

ART. CCXIV. Adde opiniones strictas esse pe-
riculosiores, seu expositas periculo majoris mali,
quam opiniones largas. Quia cum ambæ, ex quo opi-
niones sunt, subiacent aquali periculo falsitatis ex ge-
nere suo; periculo falsitatis strictarum inest peri-
culum majoris ulterioris mali, quam periculo falsi-
tatis largarum. Quia desperatio, quam inducit
falsitas opinionis strictæ, est magis nociva, quam
præsumptio, quam inducit falsitas opinionis lar-
gæ, uti perspicui facillè potest ex doctrina D. Thom.
de magnitudine malitiæ desperationis 2. 2. quæst.
20. art. 3. ubi inter alia inducit glossam ad illud Prov.
24. si desperaveris lassus, &c. dicentem: Nil est execrabi-
lius desperatione, quam qui habet, & in generalibus huius
vitæ laboribus, & quod peius est, in fidei certamine
constantiam perdit; inducit, & axioma Ildori, lib.
2. de sum. bono, cap. 14. Perpetrare flagitium aliquod
mors anima est; sed desperare est descendere in infer-
num. Detentius similiter est damnare alioqui sal-
vandum, quam salvare alioqui damnandum. Quia
damnans salvandum videtur magis recedere ab in-
dole, & voluntate Dei, qui vult omnes homines sal-
vos fieri, & non vult mortem peccatoris. Nec deest
ratio suadens detentius esse, quod bonum est, quam è
converso. Quia bonitas cuiusvis boni moralis pro-
dest magis, quam noceat malitia opposita. Mensura
enim bonitatis omnis, & malitiæ moralis, quatenus
utilis, & nociva, est ultimus terminus, ad quem
utraque perducit, nempe felicitas æterna, & æterna

infelicitas. Felicitas autem æterna productiva
quam noceat æterna infelicitas, uti demonstratum
à me fuit, lib. 1. Curs. Theol. quæst. 35. art. 4. Ubi etiam
art. 7. inveni es illationem circa hoc punctum præ-
sens. Ergo falsitas negativa boni moralis, seu dicens
malum esse, quod bonum est, est intensior, quam falsi-
tas negativa mali moralis, seu dicens bonum esse,
quod malum est.

ART. CCXV. Exiis, quæ quidem requirunt
vigilem, nec præproperum calculatorem, apparet
ratio, ob quam Apostolus locis, quæ retuli, art. 7. ob-
testatur doctrinas stringentes nimium, hoc est, di-
ctas, simulque falsas, tanta cum vehementia rebi. E-
vangeliis, quantam nullibi reperitur adhibita
adversus ullas nimis largas, hoc est, largas, simul-
que falsas. Subtextui autem idem similia et Augu-
stino, ex sacris Canonibus, & quod caput est, et
Christo Domino. Eadem ratione D. Thom. hoc
periculum doctrinæ non solum nimis largæ, sed etiam
nimis strictæ, nec minus illud, quam illud præ-
sertim, dum agitur de peccato mortali. Audiat
quod. 9. art. 15. Omnis questio, in qua de peccato mortali
quæritur, nisi expresse veritas habeatur, periculo de-
terminatur. Quia error, quo non creditur esse pec-
catum mortale, quod est peccatum mortale, cum quantum
non excusat à toto, licet forte à tanto. Error vero, qui
creditur esse mortale, quod non est mortale, ex consequenti
ligat ad peccatum mortale. Præcipue autem pericu-
lum est, ubi veritas ambigua est, quod in hac quæstione au-
dit. Veram intelligentiam huius testimonii quod
excusationem non à toto, sed à tanto habemus, art.
15. post med. ex D. Antonino ibi relato, eandemque
stabilimus ex pso D. Thom. art. 162. Atque eandem
intelligentiam invaluit communiter apud Theolo-
gos. De cætero eandem errorem opinandi pro utri-
bet parte in quæstione de peccato mortali man-
ifestat S. Doctor, opusc. 73. art. 10. Ex his multis, quæ plura
hac in re imitantur accipere paucos, qui intelli-
gantur cursui nostro fundato in D. Bonavent. Cate-
ch. in 4. dist. 15. quæst. 3. art. 2. corol. 1. inter alia præ-
eo scopo, hæc habet incautum est, & malum asserere
aliquid esse peccatum mortale, quando eos præsumit
sufficienti auctoritate, vel evidenti ratione. Similia
ver. Clericus, num. 11. in fine. Quia igitur sunt opi-
niones diverse, judicare de mortali est periculosum. Sicut
tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 4. num. 8. Asserendum
non est peccatum mortale, nisi ubi ratio, aut lex argu-
at. Idemque dicit tract. 3. de charit. dist. 7. sect. 3. in fi-
nem. Aliquantò fortius Arag. 2. 2. quæst. 83. art. 2.
tit. 3. corol. 3. Certè videtur durum, & à Christiana
charitate alienum, mittere aliquem in infernum, &
discere, quod peccet mortaliter, sine evidenti, & certa
ratione. Præjueat his Venerabilis Cancellarius doctri-
na, & pietas et clarus, ac valde celebris Joan. Ge-
lon. part. 3. lib. de vita spirit. lect. 4. corol. 13. dicens
Ex his elicio pro Doctoribus Theologis doctrinam se-
lubrem, ne sint faciles asserere actiones aliquas, aut
omissiones esse peccata mortalia, præsertim sub viti
universalis. Ac deinde: Fit præterea quandoque, ut
per tales assertiones publicas nimis duras, generetur
strictas, præsertim in non certissimis, neque
eruantur homines à luto peccatorum, sed in illud pro-
fundius, quia desperatius immergantur. Subscribit
Gersoni observantissimus ergo ipsum, eundemque
dicens consolatorem animarum S. Antonius rebus
quæ retuli art. 160. & præsens opportunitas postulavit,
ut repetam. Inter duram, vit. & benignam circa pec-
cepta sententiam benigna est potius, cæcis pariter
interpretatio facienda: Videtur quamplurimum possit

in hunc scopum diligenter, & luculenter collecta apud P. Georg. Gobat. in Clypeo clementium iudicantiumque fori tota ferè prima parte, nempe à f. 3. ad finem usque.

ART. CCXVI. Quod si hæc ita se habent quoad singulas quæque opiniones de licito, & illicito, de peccato, & non peccato, ac præsertim de peccato lethali, & non peccato lethali; quid dicendum erit de opinione decisiva præsentis nostræ controversiæ, complectente sub se totam collectionem opinionum ejusmodi directarum, quarum apud unum Dianam dicuntur referri ad tria millia. Adversarii nostri uno rati recidunt, ac reprobant omnes in qualibet materia opiniones negantes aliquid esse licitum, seu esse peccatum, aut veniale, aut lethale, & affirmant peccatum, seu veniale, seu lethale juxta subjectam materiam, quotquot, & quoties operantur conformiter ad eandem opiniones negativas peccati, seu venialis, seu lethalis, nec conformantur in opere opinionibus potius affirmativis esse peccatum, seu veniale, seu lethale. Id quod hæc sola mitigant limitationem non admodum miti: Nisi videlicet constiterit opinionem negativam peccati venialis, aut peccati lethalis esse probabiliorē. Unde ex sententia horum auctorum opinio affirmativa peccati, seu venialis, seu lethalis inducit re ipsa obligationem in conscientia sub peccato, seu veniali, seu lethali, prout fuerit opinio directa, tametsi non constet eandem opinionem affirmativam peccati esse probabiliorē, quam oppositam. Sufficit enim, ut isti dicunt, quod non constet opinionem affirmativam peccati esse minus probabilem, quam oppositam. Constat autem id taceret in actu signato circa res controversas, de quibus loquimur, ut potè habentes pro, & contra auctores classici, seu pios, & doctos, quos, & quorum rationes est difficile in vicem librare, atque deducere præponderantiam abque scrupulis, & implicatissimis tricis conscientiarum. Unde non possum non laudare iudiciū P. Suar. viri sapientissimi pariter, ac piissimi, teneantque conscientiam, qui tract. 3. in 3. disp. 12. sect. 5. n. 8. & cum prætulisset conclusionem: Quævisque opinio probabilis hanc actionem non esse malam, vel prohibitam, vel præceptam, potest aliquid formare conscientiam certam, vel practicam conformem tali opinioni; probat deinde inter alia dicens: Quia effectus intolerabile obligare omnes homines ad conformandam singulas opiniones. Idem ferè habet tom. 5. in 3. disp. 40. sectio 3. num. 15.

ART. CCXVII. Sed redeo ad meam ponderationem. Si est periculosum in rebus singulis controversiis affirmare peccatum, ac præsertim peccatum lethale, atque hoc est periculosius, magisq; præcavendum, quam oppositum, cæteris paribus; si propterea sub eadem conditione benigniores opiniones sunt rigidioribus præferendæ; atque oppositum hujus subiacet magnis inconvenientibus in via Dei, & respectu salutis animarum, uti laudatissimi auctores optimè censuerunt. S. hæc, inquam, ita habent in unaquolibet controversia particulari, valde profectò periculosum est, maximeque præcavendum in universali præsentis controversia tenere sententiam affirmativam obligationis, & peccati. Per quam videlicet determinantur, cæteris paribus, ad eandem partem affirmativam obligationis, & peccati, omnes controversiæ particulares de peccato, & non peccato, de peccato lethali, & non lethali. Juxta documentum igitur Gersonis, & D. Antonini, aliorumque modò præmissum cum fundamento immediate ante à nobis prædicto ex D. Bohavent, nostra sententia negati-

Part II.

tiva ejusmodi obligationis, & assertiva usus liciti opinionis ejusvis practicæ verè probabilis tenenda, ac tradenda à Theologis, atque ab omnibus conservanda est potius, quam opposita obligans universaliter sub peccato ad omnes opiniones tutiores, eademque strictiores, præterquam ubi constiterit, & convincenter ostensum fuerit, easdem tutiores esse simul minùs probabiles, quam opiniones contrarias. Nostra, inquam, hæc sententia tenenda, ac conservanda est ratione multò maxima, ut liquet ex specialibus nostris hujus articuli ponderationibus; rejicienda verò, ac deprimenda est sententia opposita de tutiori, ac strictiori; dum non constiterit sententiam istam oppositam habere pro se majora, ac firmiora fundamenta, vel auctoritatis, vel rationis, vel utriusque quam nostram, ex quibus appareat illam esse veram, & istam falsam. Hoc autem usque adeò non apparet ex fundamentis hucusque per Adversarios adinventis, ac promulgatis, ut oppositum appareat abundè ex toto isto opusculo nostro. Ergo dum meliora alia fundamenta non producentur pro parte contraria, nostra potissimum sententia teneri, ac conservari debet, ut potè tutior formaliter, seu minus periculosa ex genere suo, ut patet ex præmissis. Quam in rem addo loco sigilli, quod ab aliis vulgatum jam est. M. Barnabæ de Gallego in resol. moral. in Prologo ad tract. de consue. ubi ex glossa ad Prologum constitutionum sui fulgentissimi Ordinis Prædicatorum text. 1. §. 3. circa illud: Cum Ordo noster specialiter ob prædicationem, & animarum salutem; refert hæc: Declaramus, quod tria sunt præcipue, quæ salutem impediunt animarum. Primum est, &c. Tertium est nimia austeritas in consiliis, & opinionibus. Terrentur enim homines ex hoc in tantum, ut salutem propriam negligant. Quapropter relaxanda est, quantum fieri potest, rigiditas, & auctoritas in consiliis, ac homines benignè tractandi sunt. Quæ salubris, & discretæ admonitio sapientissimorum S. Domini filiorum urget, vel maxime in præsentia. Quia pars rigida, ac austerior circa præsentem controversiam universalem est fautor omnium rigiditatum, & austeritatum possibilium in inopinabilibus universis, ut per se patet, & ponderatum jam est. Atque hæc de securitate, & periculo quoad opiniones.

Annectitur eadem comparatio periculi in agendo.

ART. CCXVIII. VEnio ad operationes, circa quas est opportuna, & optima animadversio Sylvestri, ver. Confessio, 2. quæst. 2. n. 4. Licet sit tutius, a t, statim confiteri quam disserre; non tamen tutius est tenere, quod sic obligetur. Quia viri timorati haberent maximas occasiones peccandi. Quæ ratio confirmat, quod dicebamus de opinionibus strictis. Verùm circa ipsum statim confiteri, atque in genere circa ipsum operari conformiter ad strictiorem, oportet distinguere de motivo sic operandi, necnon de electione, cuius causa est, & cuius causa non est opinio ipsa strictior. Si quis operetur conformiter ad opinionem strictiorem præcisè, quia prosequutio objecti, quod per eam proponitur amplectendum, confert ad mortificationem passionum, quia eadem est minoris perfectio, & certius placet Deo, placetque magis; proculdubio est tutius hoc modo operari conformiter ad opinionem strictiorem, ut per se patet. Sed nunc opinio strictior, quæ strictior, non est causa electionis, neque

K

hæc

hæc sit dependenter ab illa. Quia ejusmodi motum manet integram etiam credenti opinionem strictiorem esse minus probabilem, imò & esse falsam, & certissime falsam. Quapropter sicut ex Apostol. 1. ad Timoth. 1. 9. *Lex iusto non est posita*, quoad vim utique coactivam, seu comminativam; ita opinio strictior, quæ strictior, nullam exercet positivè, neque quidquam eatenus refert, an vera, an falsa esse doceatur, & credatur, respectu operantis ex amore majoris perfectionis, majorisque gloriæ, & beneplaciti Dei. Quia si sub utraque opinione operabitur idem, ut potest operans ex motivo, quod sub utraque persistat idem, & æquè viget.

ART. CCXIX. At si quis operetur conformiter ad strictiorem præcisè, quia lex Dei obligat ad ita operandum, quia alioquin incidit in iram Dei, & decidet ad inferos, eritque servus, ac filius Diaboli; dico non esse tutius hoc modo operari conformiter ad opinionem strictam, seu strictiorem, imò esse periculosius iuxta nuper ponderata, certè non esse minus periculosum, quàm oppositum, si cætera sint paria. Ratio est, quia non solum leges reipsa lata à Deo sunt sapientissimæ, sed etiam ommissio earum, quas de facto non tulit, est sapientissima; ac proinde non solum ommissio legum, quas de facto tulit Deus, sed etiam promulgatio earum, quas omisit de facto, fuisset insipientissima, ut potest opposita ommissioni sapientissimæ, & quæ per infinitam sapientiam Dei judicata est congruens, atque omnino conveniens humano generi jam præexistenti. Conveniunt nempe, & disconveniunt naturæ rationali leges, & omissiones legum, sicut corporibus frigus, & calor, & privationes eorum. Eadem igitur ratione, quæ opinio tam stricta, quàm larga est exposita periculo falsitatis, quatenus opinio est, & consequenter est exposita periculo stricta quidem, affirmandi reipsa Deum esse auctorem legis insipientis, largæ verò, affirmandi similiter reipsa Deum esse auctorem omissionis legislativæ insipientis. Eadem, inquam, ratione, qui operatur conformiter ad opinionem strictam modo prædictam, seu movente, ac determinante ad operandum opinione stricta, quæ stricta est, est expositus aequali periculo, ut feratur ad Deum affectu suo tanquam ad legislatorem reipsa insipientem, utq; obsequatur, tanquam supremæ suæ regulæ, regulæ reipsa distortæ, ac insipienti, sicut idem dicendum est de converso proportionaliter, quoad omissionem legis, de operante juxta opinionem largam. Neuter igitur ex utraque perantibus excusari potest à magno, foedissimoque flagitio, nisi per ignorantiam invincibilem, quando contingit opinionem, quæ dirigitur in agendo, esse falsam. Nisi enim ignorantia invincibilis interveniat, uterque tunc committit peccatum injuriosum Deo simile peccato jurantis falsò per Deum. Quia uterque ille constituit tunc Deum, quantum est de se, auctorem insipientis, seu legis, seu omissionis legis, perinde ac iste constituit Deum testem, & suffragatorem falsitatis.

ART. CCXX. Hæc causa est, ob quam tam severe, & toties, totque modis præcipitur nobis in Sacra Scriptura, ne addamus quidquam, vel demamus legi Dei, uti retuli art. 41. Nisi enim utrumvis horum induceret perversionem morum, & injuriosam Deo, & ordinativam nostri intra nosmetipsos, & cum proximis, non interesset multò magis addere, aut demere legi Dei, quàm addere, aut demere numero civium Romanorum, aut numero occisorum in pugna Cannensi. Eminent porro, v. l. maximè veritas, & momentum hujus rei, nostræque totius hujus observationis in ingenti illa controversia, quæ acriter in-

vicem commisit Principes Apostolorum Petrum, & Paulum, quæque deinde vehementer exaruit inter summos Ecclesiæ Doctores Augustin. & Hieronym. circa cibos lege veteri prohibitos, uti mirabili, & gratia enim comprehensione enarrat D. Thom. lib. 2. ad 2. epistolam ad Galatas. Parum sane intererat, & etiam nunquam interest, secluso scandalo, quod quis abstineret à cibis lege veteri prohibitis castitate corporalis, aut spiritualis, aliove honesto motivo, & de facto Apostolus ipse usurpavit non semel leges veteres observantias, & præsertim circumcisionem, ut notat inibi D. Thom. & liquet ex acta. Interfuit tamen plurimum, ne Gentiles converti ad Christianum cogerentur, ut loquitur Paulus, id est, ut exponit D. Thom. ne abstinerent credentes, & quæ debebant, propter exemplum S. Petri, se tenere in conscientia ad ejusmodi abstinentiam. Interfuit verò usque ad eod. ut D. Paulus, prout habetur in prædicto cap. 2. ea de causa restiterit in faciem D. Petri, cumdemque eadem de causa voluerit Spiritus Sanctus inibi declaratum pro tota semper posteritate reprehensibilem, quæ est vox Apostoli, eaque intelligenda cum proprietate, & realitate, ut censet, & efficaciter probat D. Thom. cum, & ex Augustino. Edigitur valde periculosum operari conformiter ad opinionem strictam cum dependentia ab eadem opinione. Nota inconveniens ponderatum in materia juris divini tenere proportionaliter in materia etiam juris humani quoad ejus auctorem; tum tenet verò tenet, si consideretur Deus, ac cooperatur, & vindex legum humanarum, ut patet consideranti.

ART. CCXXI. Apparet primò ex dictis, opiniones strictas ex genere suo, seu cæteris particulis periculosiores occasionaliter, quàm largas. Quia cum periculū falsitatis sit in utrovis æquale, neque de hoc dubitari posse videatur; inconveniens in iudicibus, quod ex opinionibus strictis falsis pronum est, ut subsequatur, est majus, ut innouit jam, quàm quod subsequitur ex largis falsis. Apparet rursus opinio strictas tantumdem, ut minimum, ac largas periculosas esse, si formaliter, & secundum se præcisè considerentur, tum etiam si considerentur casualiter, & effectivè, seu quoad usum utrumvis proprium, ac specialem. Quia æqualiter prohibetur legi Divinæ additio, & diminutio legis Dei &c, non minus est injuriosum Deo, qui affectu suo fertur ad Deum, ut auctorem legis, cujus non est auctor, quàm qui fertur ad eundem, ut non auctorem legis, cujus est auctor. Quorum primum facit qui deducit in opus opinionem strictam falsam; secundum, qui largam falsam. Ponderata præterea fuit ratio minime contentenda pro excessu opinionis strictæ, falsæ quoad utrumque etiam hoc posterius malum. Idem valde constituit consilium, quod retulimus, D. Præsertim Augustino. Gerson. aliorumque gravium, & piorum auctorum de cautela necessaria in tradendis opinionibus strictis, de quæ præferendis benignioribus, ubi cætera sunt paria. Non enim commendarent documentum tale tales, & tanti viri, nisi inconveniens, cujus periculo subsunt opiniones strictæ, esset majus, ac deterius simpliciter, & absolute, quàm cui sunt obnoxie opiniones largæ, seu benignæ.

ART. CCXXII. Quapropter quod opiniones strictæ dicantur tutæ, aut tutiores, largæ verò, seu benignæ dicantur contra non tutæ, seu minus tutæ, quid ab usum, ac improprium, & verificatur secundum rationem materiam, quatenus est omnino, ac certissime tutum id facere, quod opinio stricta dicit de peccato

feri, esseque de necessitate salutis, ut fiat; & non est
hoc eorum facere oppositum, quod opinio larga, seu
benigna dicitur, ut fiat. Ceterum in sensu for-
benigna dicitur, ut fiat. Ceterum in sensu for-
malis, & casuali utrumque genus opinionum est pa-
riter periculosum, & magis periculosum genus opi-
nionum strictarum, ut liquet ex dictis. Verum de
modo loquendi, cum de re constet, non est admo-
dum curandum, & nos quoque pergemus loqui
cum multis, & opiniones strictas, seu assertivas obli-
gationis in conscientia dicere tutiores, minus vero
opiniones largas, seu benignas. Manifestior
quodammodo est abusus loquutionis eorum, qui di-
cunt opiniones strictas, seu rigidas stare pro lege
contra commodum; largas vero, seu benignas pu-
gare contra legem pro commodo. Hoc enim per-
inde improprum, ac dissonum est, atque si diceretur
opiniones largas seu benignas stare pro honestate
contra peccatum; strictas vero, seu rigidas pu-
gare pro peccato contra honestatem. Nempe sicut
opinio stricta dicit dari legem, & obligationem legi-
s, ubi opinio larga dicit neutram dari; ita opinio
larga dicit non esse peccatum, & esse honestum,
quod stricta dicit non esse honestum, & esse pecca-
tum. Unde tales duorum tantum, vel trium moder-
norum loquutiones vitandæ, tanquam fucum fa-
cientes, & tanquam fomites contentionis, utpote
laborantes falsa suppositione, aut fallaci insinuatione
suppositionis falsæ. Aliud namque est stare pro lege,
quam certum sit re ipsa dari, aliud affirmare dari
legem, de qua omnibus ritè consideratis, controver-
tatur, ac dubitatur, an re ipsa detur; & similiter de
peccato, & honestate, necnon de commodo pure
temporali.

*Concluditur utrumque genus opinionum ri-
gidarum, & benignarum indigere sæpè, &
& sub probabilitate etiam potiri excu-
satione per ignorantiam in-vin-
cibilem.*

ART. CCXXXIII. **I**D quoad rem ipsam prætereun-
dum, aut occitanter consideran-
dum minime est, quod ex præ-
missis infertur clarè, utrumque genus opinionum &
rigidarum, & benignarum sæpè indigere, & quam-
diu probabiles apud unumquemque sunt, etiam poti-
us excusatione fundata in ignorantia invincibili: In-
digere vero, & potiri, tum quoad ipsas secundum se,
seu præcisè quoad assensum ipsam, vel dissensum in-
tellectualem, tum quoad usum earumdem, seu quoad
electiones, & operationes ex illis subortas. Nec so-
lum quoad exclusionem peccati, & malitiæ formalis
secundum specialiter demeritoriam, verum etiam quoad
inclusionem bonitatis moralis, & meriti, si nil aliud
aliunde desit. Hæc, ut inferam, assumo duo principia
certa, alterum juris, alterum facti.

ART. CCXXXIV. **P**incipium juris est: In iis, quæ
pertinent ad fidem, & bonos mores, tenere, maxime
vero docere opinionem quamlibet falsam, est malum
moraliter, & peccatum pœna dignum ratione sui,
loquendo per se, & nisi excuset ignorantia invincibi-
lis. Ita omnes Doctores, & patet ex dictis. Quia quo-
ad mores quælibet opinio falsa addit, vel demit legi
Dei, addit, si est stricta, & falsa; demit, si est larga,
& falsa. Utrumque autem est prohibitum lege Dei,
ut vidimus, ac proinde utrumque est peccatum per
se. Idem dico quoad fidem. Quia quælibet opinio,

aut doctrina falsa in rebus fidei addit similiter, vel
demit revelatam à Deo, & revelationi divinæ; atque
utrumvis est similitudine deordinatum, ac turpe, &
injuriolum Deo, atque reprobaturum sæpè, & acriter
in S. Scriptura. Inò opinari in his falsò, aut docere
falsà est deterius ex genere suo, quam deviare à lege
in agendo. Quia opinio, & doctrina tangit radicem,
& serpit magis, hæretque diutius.

ART. CCXXXV. **P**incipium facti est trimembre.
Prima pars: Dantur, semperque extiterunt in genere
humano quam plurimæ opiniones falsæ, tum specu-
lativæ circa fidem, aliæ addentes, aliæ dementes ve-
ritatibus revelatis, tum practicæ circa mores, aliæ ad-
dentes, aliæ dementes legi Dei: Patet hoc manifestè
ex controversiis innumerabilibus circa sensum lite-
ralem cuiusq; loci S. Scripturæ, & circa bonitatem, &
malitiam actuum humanorum, aliis affirmantibus, &
aliis negantibus talem determinatè sensum esse ve-
rum, ac legitimum, aliisq; similiter affirmantibus, &
aliis negantibus talem determinatam opinionem esse
peccaminosam. Hujusmodi controversiarum, & cõ-
tradictionum, ultra millenas, & millenas, sunt pleni
libri, & Commentatorum S. Scripturæ, & tractatorum
rerum moralium. In ejusmodi autem controversiis, &
contradictionibus totidem sunt opiniones falsæ, atq;
veræ, cum in omni contradictione altera pars sit ve-
ra, & altera falsa, ut sæpè diximus, & est per se evi-
dens. Ex his porro opinionibus falsis, qualiter à nobis
propositæ sunt, quæ sunt affirmativæ addunt, & quæ
sunt negativæ demunt veritatibus revelatis, & legi-
bus respectivè. Hæc igitur pars est palpabiliter, ut ita
dicam, vera. Secunda pars: Quamplurimæ ex prædi-
ctis opinionibus falsis utriusque generis non solum
sunt expertes formaliter, ac imputabiliter omnis ma-
litiæ moralis, ac demeriti immediatè, & ratione sui,
verum etiam concipiuntur, & docentur cum laude,
& merito speciali coram Deo. Probatur, quia contro-
versie tales, & opiniones invicem contradicentes;
auctores habent magna ex parte; præsertim quoad
sensum legitimum Scripturæ, Sanctos Ecclesiæ Do-
ctores, aliosque SS. PP. ut S. August. nominatim, & S.
Hier. D. Thom. D. Bonavent. & maxima ex parte, ac
sæpè in totum viros alios piissimos, quorum conver-
satio in cœlis fuit, & intima, ac assidua cum Deo, de-
que divinis communicatio, & mores sine labe puri, si
quæ fides historiis, & libris de Scripturis Ecclesiæ-
sticis, si quæ auribus, si quæ oculis habenda est. Legi-
tur prætereà, & auditur, & prudenter creditur de non-
nullis eorum, quod decesserint cum gratia baptisma-
li. Dicit autem non potest absque magna ac impia, &
temeritate, & vecordia, auctores tales non scripsisse
libros suos cum laude, & merito coram Deo. Nec di-
ci potest hanc illis prærogativam deferendam esse
quoad ea tantum, in quibus veritatem attingerunt, ac
tradiderunt, quandoquidem certum est, & hæc, & ea;
in quibus decepti fuere, scripta ab illis fuisse cum pa-
tri assiduitate diligentia, ac bona fide, exque eadem
sancta intentione gloriæ Dei, & salutis proximorum;
Hoc porro ipsum ita certum puto de omnibus sæpè
Scriptoribus Catholicis præsertim classicis, qui scri-
psere de pertinentibus ad fidem, & bonos mores, ut
nemo prudens, ac timoratus conscientie sit id revoca-
turus in dubium. Est igitur, & hæc pars admodum cer-
ta, ac prorsus innegabilis. Postrema pars evidens est:
Il, qui sine peccato formali, & cum laude, ac merito
tenuerunt, ac docuerunt prædictas opiniones practi-
cas falsas (eademque est ratio de iis, qui illis similiter
crediderunt, aut credunt) sine peccato sitidem formali;
& si nil offuit aliud: etiam cum laude, & merito eaf-

dem opiniones deduxerunt in opus, atque iuxta illas, & dependenter ab illis operati sunt, ac operantur. Patet hoc, quia proxima regula morum est propria cuiusque conscientia, & iuxta ipsam, atque ex ipsius testimonio iudicandus quæ sitque est. Fieri igitur minime potest, ut quis sine peccato formali, & cum laude, ac merito iudicet hoc hic, & nunc esse licitum, ac honestum, & nihilominus peccet interea formaliter, ac demereatur id eligendo, ac faciendo.

ART. CCXXVI. Arguo jam: Omnes opiniones falsæ in iis, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores sunt peccaminosæ per se, ac demeritoria, & neque teneri, neque doceri possunt absque peccato formali, ac demerito, nisi excuset ignorantia invincibilis; & similiter sunt peccaminosæ, ac demeritoria, nisi similiter excusentur electiones omnes, & operatioes, quæ sunt dependenter, dependentia formali, ab iisdem opinionibus falsis, quæ parte sunt practica, & versantur in materia morum, ac proinde omnes tales opiniones, & electiones, atque operationes indigent excusatione fundata in ignorantia invincibili, ut evadant expertes malitiæ formales, ac demeriti specialis. Sed tenentur de facto, atque docentur quam plurimæ opiniones falsæ in materia fidei, ac morum, & quæ sunt in materia morum, deducuntur in opus absque ulla malitia in formali, ac demerito speciali, imò cum laude, & merito, si nil obstat aliud, ac proinde possunt eadem, & opiniones, & electiones, atque operationes excusatione fundata in ignorantia invincibili. Ergo quam plurimæ opiniones tam rigide, quam benigne, & operationes ex illis procedentes indigent excusatione fundata in ignorantia invincibili, quò minus sint formaliter peccaminosæ, ac demeritoria; eademque excusatione potiuntur de facto; ita ut evadant nihilominus laudabiles, ac meritoria coram Deo, si nil obstat aliud. Patet major ex principio juris, & minor ex principio facti, atque consequentia est re ipsa evidens quoad partem propositi, quam complectitur consequens. Ut autem habeatur reliqua pars propositi, quæ est de sufficientia probabilitatis ad prædictam excusationem legitimè petitam ex ignorantia invincibili, sufficit advertere, quod est per se manifestum, nullam opinionem falsam posse esse certam certitudine, vel evidentia, vel fidei divinæ, cum nec cognitio evidens, nec fides divina possit esse falsa. Exclusa etenim hac utraque certitudine sola superest probabilitas, quæ ab aliis dicitur certitudo moralis, ut vidimus supra ab art. 207. ratione cuius prædictæ opiniones falsæ, & consequenter electiones, & operationes procedentes formaliter ex ipsis, nanciscantur prædictam legitimam excusationem petitam ex ignorantia invincibili.

*Promovetur amplius, & concluditur
eadem excusatio ex ignorantia
invincibili.*

ART. CCXXVII.

Quia verò probabilitas non consistit in indivisibili, sed potest esse major, & minor, quatenus altera ex opinionibus invicem oppositis nititur majori, seu meliori, magisque suo fundamento, quam altera; & rursus majoritas, & minoritas potest esse tum controversa, & anceps, tum manifesta, & indubitabilis propter similem disparitatem fundamenti, & notitiæ: Oportet ulterius inferre, quod sufficiat ad excusationem ex ignorantia invincibili, quælibet vera probabilitas, sive sit re ipsa ma-

jor, sive minor, & utcumque talis appareat; dummodo excessus unitus, & inferioritas oppositæ non sit manifesta, ac indubitata. Inferitur autem hoc, quia Sancti Patres, & Doctores Ecclesiæ, alique magister pii, & docti interpretes Sacrae Scripturæ, dum circa intelligentiam, & sensum illius tenent, ac docent passim opiniones invicem contradicentes, aut utrumque impossibile, quarum proinde alterutra sit falsa, excusantur ignorantia invincibili quoad fidem, dum in eam incidunt ut nuper partem suppositum, partim suam. Habere autem fundamenta sua quisque opinionis re ipsa disparia, ac inopposita, alii re ipsa graviora, alii leviora, siquidem sunt specie diversa. Neutri verò certificari possunt, aut tanquam certum credere sua fundamenta esse meliora, seu graviora, quam opposita; Nam decepti falsò opinantibus hoc repugnat, ac preterea est presumptuosum, & nimis elationis, ut quis in rebus controversis, & utrumque opinabilibus libi in animo inducat tanquam rem certam, etiam dum fallitur re ipsa, sua fundamenta esse meliora, ac graviora. Ergo qui in talibus decipiuntur, ratione solius probabilitatis, & absque certificatione de maiori probabilitate potiti sunt legitima, ut supra, excusatione petita ex ignorantia invincibili. Eadem autem est ratio de deceptis circa mores; tum quia iis quoque simili omnino modo contingit contra rationem opinari; tum quia eadem est ratio de doctrina, & salutate doctrinae, ejusdemque falsitatis excusatione in iis, quæ pertinent, & ad fidem, & ad mores, ut habuimus supra ex D. Thoma quodlibet 3. q. 4. art. 10. tum maxime quia omnis doctrina de moribus descendit apud catholicos ex doctrina circa intelligentiam Scripturæ, certæ veritatis, & falsitatis quoad illam est inseparabiliter connexa cum veritate, & salutate quoad istam, quandoquidem certum est omnem veram doctrinam de moribus contineri in S. Scriptura.

ART. CCXXVIII. In utraque igitur materia aequè sufficit probabilitas opinionis ad legitimam salutaris excusationem ex ignorantia invincibili, quidquid sit de maiortate, & minoritate probabilitatis incertæ, ac anceps, si per comparationem ad opinionem oppositam. Quippe quod majoritas probabilitatis tenet se ex parte opinionis oppositæ, si ea sit manifesta, ac indubitata, tollat opinionem minus probabiliter excusationem petitam ex ignorantia invincibili (ut modo excipiebamus) abundè liquet ex dictis supra, & indicatis art. 152. ac deinceps, & confirmatur. Quia quis, inter exponendum locum Scripturæ Sacrae, ex duobus interpretandi modis invicem incompensabilibus, eam interpretationem teneat, ac tradat, cuius fundamenta videt esse manifestè, ac indubitantè minora, ac debiliora, eam verò rejiciat, ac docet, cuius fundamenta conspiciat esse æquè manifestè, ac indubitantè meliora, & solidiora: is procul dubio non get stultè, ac impiè, & merito reputabitur adulator potius, quam legitimus interpres sacri textus. Nunc autem sæpè, ac verissimè est, eandem esse rationem opinionum licitè, vel illicitè seu tenendam, seu docendam in iis, quæ pertinent ad fidem, & operationes. Tenet ergo similiter in materia quoque morum ea exceptio. Quam equidem nullus ex allegatis usus liciti opinionis cuiusvis practicae probabilitatis expresse, & omnes admittunt implicitè, utpote inclusam in conceptu ad æquato veræ, ac solidæ probabilitatis, uti notabamus in loco proxime memorato. Quoad reliquam autem qualemlibet maiorem, & minoritatem probabilitatis, sive existentem re ipsa,

repta, siue apparentem utrunque, & quantumcun-
que argumentum propositum est efficax, & totus
opus progressus convincit; quamlibet imprimis opi-
nionem verè probabilem licet, & absque ulla for-
malitatem morali speciali teneri ab unoquoque; pos-
se in rebus cum pertinentibus ad veritates revelatas,
cum pertinentibus ad operationes humanas, siue ma-
gis, siue minus probabilis sit; ac deinde opinionem,
quam quique tenuerit absque malitia formali, licet
similiter, & absque ullo itidem peccato formali, &
doceri aliis, & siquidem opinio practica sit, deduci
etiam ad opus sub eadem amplitudine posse, ac de-
minum consequenter assensum cuiusvis talis opinio-
nis, necnon ejus propagationem ad alios, & siquidem
practica sit, usum quoque ejusdem, & operationem
illi conformem excusari legitime per ignorantiam
invincibilem, quando contingit opinionem ejusmo-
di esse nihilominus re ipsa falsam.

ART. CCXXX. Ex his jam omnibus, quæ diximus
ab art. 213. comparando invicem opiniones omnis
generis, tum quoad assensum ipsarum secundum se,
tum quoad propagationem eorundem per doctri-
nam, tum quoad electiones, & operationes proce-
dentes formaliter ex his, quæ practice sunt; Conclu-
ditur ulterius universaliter, & in genere opiniones
strictas, seu rigidas esse tantumdem ut nimirum pe-
riculosas materialiter, atque opiniones largas, seu
benignas, si cetera sint paria; imò cum magno aucto-
ritatis, & rationis fundamento dici sub eadem limi-
tatione opiniones, strictas, seu rigidas esse materialiter
periculosiores; formaliter verò utraq; esse tutas,
& æque tutas, tum quoad assensum, & traditionem
ipsarum secundum se, tum quoad usum formalem, &
proximum earundem, dum, & quatenus probabiles verè
sunt, & tales ab unoquoque reputantur, omnibus
hinc, & inde diligenter consideratis. Concluditur
deinde in specie, pro præfati controversia universa-
li, opiniones istas duas reflexas, quarum altera, quam
defendimus ut veram, & veram esse reputamus esse
benigna, seu larga, atque affirmativum esse usum
opinionis cuiusvis practice verè probabilis, siue sit
magis, siue minus probabilis, & siue sit stricta, siue
larga; altera verò est stricta, ac rigida, atque negat
esse licitum usum opinionis practice benigne, seu
largæ, tamen si verè probabilis sit, nisi præ-
terea confiteatur eandem simul esse probabilio-
rem, seu meliorem, ac solidiori fundamento innixam.
Concluditur, inquam, opiniones istas duas ita inter
se comparari, ut sententia adversariorum nostrorum
stricta, seu rigida sit tantumdem ut minimè pe-
riculosa materialiter, atque nostra larga, seu benigna,
imò magno cum fundamento censetur illa esse pe-
riculosior materialiter, quam ista, loquendo de pericu-
lo opinionis practice propriæ, & strictæ tali, seu, quo-
ad conceptum, & usum ipsius proprium, ac specia-
lem, formaliter verò utramque hanc sententiam esse
æque tutam, & quoad assensum, & quoad usum utri-
usque apud eos omnes, qui alterutri earum assentiri
poterunt, assentienturque de facto omnibus hinc, &
inde, uti par est, diligenter consideratis; assentiri ve-
rò poterunt, assentienturque vel immediatè, vel me-
diante aliqua alia reflexione, aut reflexione, siue per
se, siue per accidens, reflexione. Ita nimirum, ut quid-
quid sit de reliquo, seu de ratione propter quam, as-
sentiantur re ipsa opinioni huic, vel illi, dum operan-
tur, simulque credant, assensum intra terminos opinan-
tis firmo, se ad nil amplius teneri, seu non teneri se ad
ulteriore in indagandi diligentiam. Quapropter sen-
tentia adversariorum, si falsa est, indiget non minus,

Pars II.

quàm nostra, & valde probabiliter plus etiam, quàm
nostra, si hæc nostra falsa est, excusatione petita ex
ignorantia invincibili. Utalibet verò petitur eadem
excusatione, & evadit immunis à malitia formali, &
à merito specialis pœnæ ratione sui, apud eos omnes,
quibus probabilis videtur, atque illi de facto assen-
tiuntur. Indiget verò, & potitur ejusmodi excusatio-
ne, tum quoad assensum sui, & suasionem respectu
aliorum, tum quoad usum & proximum, uti universali-
ter dictum fuit prius de omni, & quavis opinione
probabili, seu stricta, seu larga. Duæ istæ hujus arti-
culi illationes cum suis subillationibus sunt suffici-
enter manifestæ volenti bene considerare, quæ præ-
missimus, & valenti eadem bene comprehendere.
Non valenti autem, aut non valenti nil sufficit, &
minus sufficit, si plus superaddamus, propter condi-
tionem doctrinæ reflexæ, & iterum reflexæ, quæ mul-
tiloquio progressivo redditur apud plerisque invo-
lutor, nempe apud prædictos non volentes, aut non
valentes. Sed ostendamus jam demum nostram sen-
tentiam esse tutam argumento apud doctos, & indo-
ctos, acutos, & habetes, intentos, & oscitantes peræ-
que valituro.

*Confirmatur postremò securitas nostræ sen-
tentiae ex numero, & qualitate au-
ctorum utriusque partis.*

ART. CCXXX. IN omni ancipiti deliberatione,
 præsertim circa agenda, momen-
ti esse longè maximi numerum,
& qualitatem suffragiorum, ut determinatio reputetur
tuta, & tuta evadat actio, notum satis est, & in
confesso apud omnes, & sumitur ex C. In canonicis 19.
dist. ex quæ alius textibus inibi indicatis in gloss. ver. Pra-
ponat & ver. Plures. ubi tamen præputa videtur ha-
berit ratio pluralitatis, quam etiam ipsam cum præla-
tione commendat illud Theodosii Imperatoris tit. de
responsis: Vbi diversæ sententiæ proferuntur, potius vincit
numerus auctorum, vel si numerus æqualis sit, ejus parti
præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus
eminet, qui ut singulos vincit, ita cedit duobus. In ma-
teria nihilominus doctrinali, saltem dum agitur de
rebus additissimis, & quarum perfecta intelligentia
per paucis pervia est, præstantissimorum qualitas au-
ctorum attenditur magis, quam numerositas me-
diocriter peritorum. Est autem additissima, & à pau-
cissimis perfectè intelligitur præfens nostra contro-
versia quoad omnia directè, & indirectè pertinentia
ad ipsam, uti apparet ex toto hujus opusculi progres-
su, & distinctius innotescet ex digressu uncula, quam
mox subjungemus. Ut ut verò hoc habeat, certum
est, & numerum, & qualitatem auctorum maximi
faciendam esse in hac vel maxime quæstione, ut potè
regulativa cæterarum omnium quæstionum mora-
lium, quæque additissima merito à nobis dicta est,
& rationibus hinc, & inde cæteroqui ventilatur ab-
stractissimis, atque multiplici obnoxiis æquivoca-
tioni, ut vidimus, & experti in superioribus sumus
plus etiam, quam vellemus.

ART. CCXXXI. Auctores porrò circa quæstio-
nem istam in duas dividuntur classes. Alii namque
sunt dubii, & controversi usque adeo, ut iidem pro
utroque parte controversiæ referuntur à diversis.
Quia videlicet non sunt loquuti in terminis propriis,
atque in re abstrusissima facile est per ambages, &
ambiguas cōsequencias bona, aut mala fide, volentes,

K 3

aut

aut nolentes huc, atque illuc eos pertrahere. Istiusmodi auctores ego in præfenti prætermitto; tum quia propter eam ipsam subobscuram legitimi sensus qualitate cumque ambiguitatem, apud paucos fidem facere possunt, eamque imbecillitatem; tum maximè, quia præcipuos D. August. imprimis, & D. Thom. & Scot. Gerson. S. Antonin. Adrian. Angel. à Clavasio, Cajetan. Sylvestr. à quibus, pro certo habetur cæteros, de quibus controversitur minimè dissentire, expendi superius in loco quanta potui cum diligentia, cumque sincera omnino intentione, atque ostendi eos omnes pro nobis potissimum stare. Superest igitur solummodo considerandus numerus, & qualitas eorum Theologorum, qui in terminis propriis probabilioris, & minus probabilis, tutioris, & minus tutæ opinionis loquuti sunt, de quorum proinde sententia, & sensu quoad punctum præcipuum; & de quo directè quaritur, nulla est controversia, nullaque, præterquam apud protervum, & vitiligatorem, tergiversandi, ac ambigendi ratio esse potest.

ART. CCXXXII. Circa numerum istiusmodi Theologorum vix quidquam dicere necesse est. Quia ipsi nostri adversarii dicunt nostram sententiam esse communem omnium ferè auctorum huius postremi sæculi, id est, omnium ferè, qui agunt de ista questione sub prædictis terminis probabilioris, & minus probabilis, tutioris, & minus tutæ. Anteriori namque tempore questio ista comparativa opinionum nullibi explicite, & formaliter reperitur, R. P. Julius Mercor. qui videtur præcipuus inter Theologos nobis contradicentes 2. p. basis art. 26. proponit, per alphabetum, elenchos auctorum pro se, & pro nobis, atque pro parte nostra nominat auctores sexaginta, & potuit multo plures nominasse, omnes agentes in propriis terminis, pluresque postea prodire, ut Gobat, Fabri, Seildere, Bardi in integris pro hac parte tractatibus, Meldula eadem de re agens ex professo in 2. diff. 5. q. 2. art. 5. alique multi quotidie prodeunt pro eadem communi. In elencho verò, quem proponit idem Mercor. pro se, solos inferere potuit duos, vel tres Theologos ex certis, & in dubiis, quos involuit cum auctoribus controversis, & repleta non pertinentibus ad eam partem, ut ostendimus supra quoad nuper nominatos. Postea autem prodire, quod sciam, tres tantum, aut quatuor alii Theologi pro eadem parte. Ita videlicet, ut, quod ad auctores attinet certos, & agentes hac de re in propriis terminis singulis Theologis partis contrariæ respondeat decas, ut minimum Theologorum pro parte nostra, idque juxta supputationem ipsorum nostrorum adversariorum. Unde necesse est, ut nostræ potissimum sententiæ suffragetur, faveatque, quicumque assentietur, assentietur verò æquus quisque, & bonus vir, idiotismo summæ Angelicæ dicentis ver. *Opinio: Dicunt Doctores, quod in dubiis, & decisivis adhaerendum est carrocino Doctorem*: Præmiseratque immediate ex variis juribus cum præclaris auctoribus in causa dubii pro multitudine esse præsumendum. Pro multitudine utique non rursus dubiorum similiter, ac incertorum, & per vim indutorum, sed spontè, clarè, certissimèque suffragantium.

ART. CCXXXIII. Quoad qualitatem, & pondus auctorum pro alterutra parte comparata cum altera, possent multa dici, sed debeo dicere perpaucis, & vix quidquam propter periculum offensionis, cui est obnoxia omnis comparatio, ea verò maximè quæ est penes probitatem, & doctrinam, atque ingenium, iudiciumque, pretiosissimas humanæ naturæ dotes easdemque iustam auctoritatis mensuram circa mo-

res Audere tamen aliquosque fidentius possum dicere auctores ordinis nostri tanquam domesticos. Auctores è Societate Jesu docentes expressè, & ex professo usum licitum opinionis probabilis, tamen nec probabilior, nec tutior sit, quam opposita, inter alios plures, sunt hi, Francisc. Suarez, Thom. Sanchez, Gabriel Vasquez, Gregor. de Valentia, Leonard. Lessius, tres Joan. de Lugo Cardin. S. R. E. Azorin, & Salas, Jacob. Granad. Adamus Tanner. Martin. De can. Henric. Enriquez, Paul. Layman, Valer. Reginald. Ferdinand. de Castro Palao, Vincen. Filliamus, Nicol. Baldell. & quem nuper merentes amicum Sfortia Card. Pallavicin. ultra jam nominatos, & ultra Francisc. Cardin. Tolet. qui eandem sententiam tradit haud obscurè lib. 3. cap. 20. fm. Plurisque horum, ac ferè omnibus injuriam ego insipientirogare, si non contentus eos nominasse, encomiis interper meis, aut longo, ac conspicuo aliorum de ipsi encomiorum relatu illustrare illos tentarem, & perinde id esset, ac splendorem Soli, humorem Oceano adjicere velle. Noti sunt Bibliopolis ex lucro, & vitiis doctis ex lucro pretiosiori, & omnibus ex celebritate, & fama clara. Notum est, quem locum auctoritatis Suarez præferim, ac Sanchez obtineat ubique in tribunalibus quoque Ecclesiasticis, & secularibus, & non tantum in scholis. Reginaldum, qui tamen non est primæ classis, commendat integritate directoribus animarum S. Franciscus de Sales in suis ad Confessarios monitis c. 9. Atque hæc tantum de doctrina, ingenio, & iudicio, quæ ex libris eorum directè innotescunt.

ART. CCXXXIV. Qui scire volet, qualis sit auctores probitatis fuerint, quam sublimis pietate sanctimonie, quam assidue, & alte contemptum, mortificationis quam austeræ, adeat in alios Philippum de Alegambe in bibliotheca Societatis Jesu, scriptorem veracissimum, & indagatorem veritatis diligentissimum patiter, & candidissimum, cum quo nemo bonus, ac laudatus egit, a quo non valde amaretur, multumque laudaretur, cuius amicitia recordari ego nunquam possum absque magno dolore. Occurrent etiam non pauci ex iisdem inter virilustres Societatis Jesu in voluminibus, quibus est descriptis Eusebii Nierembergus, de quo locupletissimo scriptore, & asceta profundo, & acutissimo attinet dicere. Verum laudatissimi isti duo scriptores non solum laudant ipsi prænominatos auctores nostros, sed etiam referunt laudes aliorum, & aliorum de iisdem omni exceptione majorum. Tu vide, si non credis, vide quoque si placeat, & mirare compendia vitarum Suar. Sanch. Lessii, Granado, aliorumque, quæ circumferantur eorum.

ART. CCXXXV. Jam pro sententia contraria dicente esse licitum usum opinionis probabilis, minus probabilior sit, aut tutior probabilior simul, & tutior, quam opposita, duo tantum sunt auctores ex Societate Jesu, iidemque fuere, quod sciam, primi, qui illam certè, & expressè docuerunt, Paulus Comitulus, & Andreas Bianchi. Ambo fuere professi Societatis Jesu, & fuere viri boni, ac vitæ religiose, quales nimirum esse solent professi ordinis nostri. Bianchi docuit junior Philosophiam secundæ, & auctoritatis classis, reliquam vitam concionando peregit, epigramatis quoque conscribendis delectatus, librali illa de opinione probabilis edidit sub nomine ficto Candidi Philabeti prohibita à præposito Generali, & Ordinisque nostri nomen opusculo degenerè præscribere. Comitulus, nec Philosophiam, nec Theologiam anquam docuit, exponendis, ac tradendis

entibus conscientia longam, ac laudabilem operam impendit, literis praeerea humanioribus, quibus & Latinis & Graecis fuit insigniter excoltus, aliquid interitum temporis indulgens. Neutrius libri admodum teritur, nec sunt admodum multi, qui fiant extatillos in rerum natura. I modo, & compone altis re-pentia biburna cupressis, pauca insuper, & arentia iam, multis, & semper, ac pro semper virentibus. Tuam ego conscientiam requiro seris, optime Lector in negotio valde arduo, & implicatissimo, & cuius felix exitus tua plurimum interesset, his ne duobus potius dirigendum committeres te, quam illis omnibus, aut etiam, quam cui libet eorum omnium? Tale autem est hoc nostrum praefens negotium, ut iamiam expositurus sum, & est insuper utrimque periculosissimum, atque ex genere suo est periculosius pro parte istorum duorum, ut patet ex dictis ab art. 118. Atque hac de nostris fidentius.

ART. CCXXXVI. Possum itidem verbum unum tuto adicere de auctoribus sanctissimi, & sapientissimi Ordinis Praedicatorum comparando illos inter se tantum, & cum nullo alio, placetque loco verborum meorum referre verba M. Barnabae Gallego, qui & ipse est Dominicanus, vir doctus, & magni meriti habitus. Hic in tract. de conscientia probabili dicit sic: Secunda sententia quae ut longè probabilius mihi magis placet, & pro nostra resolutione habenda est, docet licitum esse sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, dummodò sit practice probabilis, relicta probabiliori, & tutiori, &c. Hec igitur secunda sententia communior est inter Thomistas. Eam docet Bartholomaeus de Medina, Dominicus Bannez, Petrus Ledesma, Gregorius Martinez, Didacus Alvarez, Ludovicus Montefin, Petrus Corneio, Petrus Arag. Michael Salon, Joannes Malderus Episcopus, Marcus Serra, Hucusque M. Galleg. qui loca singulorum notat inibi diligenter, sicut, & eorum auctorum, quos in praecedenti nostrorum inspectione nominavimus. Licet autem miscuerit auctoribus sui ordinis nonnullos alios, sunt tamen illi satis non per se, ac celebres, nec commendatione ulla egent adfecta, & ego eos retuli, ut referuntur, ne quid ponerem ex meo, ne quid demerem ex domestico.

ART. CCXXXVII. Pro sententia contraria, ex certis, & indubitatis auctoribus, seu loquentibus in propriis terminis sunt tres tantum, quod sciam, Dominicus, Julius Mercor, in sua Basi totius moralis Theologiae, Joannes Baptist. Gonet in sua dissertatione Theologica de probabilitate, & quidam alius pluribus in locis, satis notus ex Apologiis, quas adversus ipsum compulsi sunt edere Lucius Sanmarcus, & Amadzeus Guimenius. Julius Mercor est vir doctus, maximeque colendus, sed est inter alia auctor illorum duorum argumentorum, quae tetuli initio ab art. 1. Joannes Baptist. Gonet ego libenter laudo, quantum tibi placet, ut laudemur. De tertio nil dico, nec dixere satis praenominati apologistae duo. Tu confer, ut libet, tres istos simul sumptos cum omnibus praenominatis pro nobis, & cum quolibet eorum scitum, & tuam tu ipse conscientiam interroga, sicut ego te interrogabam circa nostros homines.

ART. CCXXXVIII. Adde auctores eos paticos, qui pugnant in propriis terminis pro obligatione ad probabiliorem, vel tutiorem, seu strictiorem in rebus omnibus controversis, quales, quales de cetero sint, subesse praeterea suspitioni livioris, & animi perturbati propter acerbum, ac vehementem agendi modum, quo auctores hujus nostrae sententiae, & plurimos, & clarissimos, & piissimos, atque de Ecclesia

Sancta Dei optimè meritos, dicunt corruptores morum, Ethices Evangelicae depravatores, laxones, palpones, & quid non? Quin R. P. Mercor. non est veritus tradere ex professio 2. par. basis art. 26. suam sententiam pertinere ad traditionem Apostolorum, & auctores sententiae nostrae contradicere traditioni Apostolicae; id est, stabilit antecedens, ex quo inferatur nos omnes, quatenus tenemus, & docemus opinionem, quam propugno, esse haereticos, & haereticas formales. Quia contradicere traditioni Apostolicae est haeresis, & docere contra illam est archihaeresis, atque catholici rerum theologicarum Scriptores tenentur scire traditiones Apostolicas, maxime dum scribunt de materia pertinente ad aliquam ex illis. Videtur ne tibi satis esse fundata suspicio? Si adhuc non videtur, vide tu probationes Mercori pro ea re, & supple de tuo consequentias facile obvias pro praememoratis sui, & nostri Ordinis Theologis tot, & talibus. Tædet enim me in his amplius immorari, & ad finem festino, praemonito tamen me loquutum esse de solis Theologis, quos, & solos invicem comparandos proposui. Quia questio praefens versatur in materia juris naturalis, & divini. Nec enim subest placitis Pontificum, aut Imperatorum, ac Principum, cum qua quisque legis cognitione peccet, vel non peccet, mereatur, vel demereatur coram Deo. Quae autem sunt juris naturalis, & divini pertinent ad Theologos, ad Juristas verò, seu Canonistas, & Legistas non nisi quae sunt juris canonici, & civilis, ut tradit Divus Thom. quodl. 9. q. 7. art. 15. corp. initio.

Parergon illationibus limitatum: An doctrina moralis, seu practica sit difficilior ceteris paribus, quam speculativa; & est universalior, quam minus universalis; & est reflexa, quam directa.

ART. CCXXXIX. Quae à pluribus dependent, sunt difficiliora, ceteris paribus, quam quae dependent à paucioribus, & similiter sunt difficiliora, quae magis remouentur à sensu, quam quae minus. Doctrina autem moralis, quae practica est, dependet à pluribus, quam speculativa, quia dependet ab ipsa speculativa in propria materia, & non è converso. Similiter doctrina universalior remouetur magis à sensu, quam minus universalis; nec non reflexa, quam directa. Quia sensus est circa singulare, à quo plus distat universalis, quam minus universale; & cognitio intellectualis directa sumitur immediatè à sensu, reflexa verò mediatè, atque mediatum distat magis, quam immediatè à termino communi. Ergo doctrina moralis, &c. Et loquor de doctrina morali scientifica, seu procedente modo scientifico. Quia alioquin cetera non essent paria, & loquutus sum ceteris paribus.

ART. CCXL. Hinc apparet questionem istam nostram esse difficillimam, & abstrusissimam. Quia est summè imprimis moralis & practica, quatenus ejus resolutio est regulativa, & ultimò completiva omnium aliarum cognitionum practicarum, eisdemque omnibus cooperatur in ordine ad omnes electiones, & operationes humanas. Omnes namque aliae opinioniones, & qualescumque cognitiones practicae adhibentur ad eligendum, & operandum sic, vel sic dependent ab opinione, quam quisque tenerit circa hanc questionem. Nempe sicut omnes aliae opinioniones practicae considerant particulariter condi-

tiones ad eligendum, & operandum honestè requi-
sitas ex parte operis, & objecti secundum se; ita sen-
tentia, quam quisque tenet circa hanc quæstionem,
considerat universaliter conditionem requisitam ad
eundem finem ex parte operantis, seu ex parte operis,
& objecti prout subest directæ de eodem cognitioni
præexistenti in intellectu eligentis ipsius, ac operan-
tis. Ac proinde quicumque deliberatè operatur ac
moraliter, impellitur, atque ultimò determinatur ad
eligendum, ac operandum sic, vel sic, iuxta senten-
tiam, quam sibi ipsa in animum inducit circa hanc
quæstionem, uti perspicitur clarè ex dictis hucusque
præsertim ab *art. 194. usque ad art. 202.* Eadem ra-
tione reddi tur manifestius, quam ut probari, aut ex-
poni ulterius debeat eandem hanc quæstionem esse
& universalissimam inter omnes quæstiones morales,
& omnino reflexam, ut potè subalternantem, ac
subordinantem sibi omnes alias, & singulas quæ-
stiones practicas, & considerantem reflexè omnes,
ac singulas resolutiones ipsarum. Est igitur ista quæ-
stio difficilissima, & abstrusissima inter omnes quæ-
stiones de moribus seu speculativas, seu practicas.

ART. CCXLI. Ex quo ulterius spontè apparet, mirandum minime esse, quod quamplures, & valde perniciosæ equivocationes acciderint nonnullis hujus questionis tractatoribus, tum circa ipsam questionem secundum se, tum circa principia circumjacentia, ex quibus dependet ejus resolutio. Alii namque confudere opinionem probabilem cum dubio strictè tali, cum suspitione, & scrupulo; cum sententia improbabili, ac temeraria; cum errore, & hæresi. Alii confudere majorem, & minorem probabilitatem controversas, ac ancipites cum indubitatæ atque omnino manifestis; Et rursus apparentes in apprehensione, aut suspitione tantum cum agnitis, atque firmiter in animum inductis enunciativè; nec non agnitas, ac enunciatas præcisè, prout apparet in eisdem seu apprehensionibus, seu suspitionibus cum judicatis, & agnitis secundum se, ac reipsa; quæ differentiæ sunt subtiles quidem, sed magnæ tamen, & valde magnæ, atq; observationis, ac discretionis oppido necessariæ. Alii confudere opiniones speculativas cum practicis, seu eas, quæ enunciant de natura, & conditione physica cujusque operationis, & materiæ circa quam, cum iis opinionibus, quæ enuntiant de honestate, & inhonestate ejusdem operationis hic, & nunc de licito, & illicito; peccato, & non peccato. Alii confudere opiniones materialiter tantum tutas cum iis, quæ sunt tute formaliter; seu proponentes, quod tutum agitur, & certum est tutò agi, cum indicentibus obligationem id ipsum agendi, & ad quod est incertum, an obligemur; nec non eligentes, ac agentes, quod tutum est, præcisè quia tutum est, cum eligentibus, ac agentibus id ipsum, quia obligatorum est, & necessarium ad salutem animæ. Alii confudere probabile quoad nomen tantum, & equivocè, cum probabili reipsa, & univocè; atque theologicè probabile cum probabili academicè, rhetoricè, topicè. Alii confudere ignorantiam tum vincibilem, tum invincibilem, quarum altera absolvit, altera reprobatur operantem sub opinione falsâ, sive larga ea sit, sive stricta. Confudere, inquam, ignorantiam circa ea, quæ sunt de necessitate mediæ, cum ea ignorantia, quæ est circa necessariâ necessitate præcepti tantum; & rursus ignorantiam circa ea quæ sunt, vel per se nota, vel evidenter per rationem naturalem, vel distinctè, ac manifestè revelata à Deo, cum ignorantia eorum, quæ sunt occultiora, atque ex prioribus illis dedu-

cuntur per consequentias difficiles, & anticipatio-
necitationes; neque adverteretur parem pretio-
sificationem excusationis ex ignorantia ininvocabili
opinionibus falsis, sive fictis, sive ligatis, atque per
operationibus directis formaliter per eadem falsi-
tatem utriusque generis opiniones. Ad eundem per alterum
ac tantas equivocationes effectum est, ut, quan-
tissima omnis generis testimonia in locis nostris, ut
siquae adulterata inducuntur; nec non in aliis
loco, nec non pauci agerent ferventer de his quæ-
sitionibus, & de pertinentibus ad eamdem tanquam falsitas
cum repugnantis, cum tamen nil reipia falsitas
ut animadvertit optimè per seculo antecessor
fuit ver. Opmio, ubi se habet : *Primo* quoniam
auditores diversorum Magistrorum tenebant diversæ
opiniones, quarum (solvit altera necessario falsæ, ex-
pugnatur, se sequuntur opiniones suorum Magistrorum; &
quod de hoc videtur esse opiniones, & non sunt, qui
dico id verificet, exhibebimus (superius) quædam

ART. CCXLII. Mirum dico non est, quod non
frostratis istæ omnes, quas suis in locis adnotavi,
quanta potui diligentia removi, nonnullis stre-
nitur in difficillima, abstrusissimaque questione.
Vrum ego non tam pro aliena, quam pro mea
excusatione propriam paregon propolium feci.
Speravi nimirum fore, ut patefacta diffinitione
ma rei, de qua disserui, difficultate, facillime
donaretur errata, quæcum que, & qualicunque
inter differendum quoad substantiam, vel modum
commisisset deprehenderetur, quatenus error
facillime vitatur, facillimè condonatur. Suffrag-
tur præterea mihi causæ aliæ duæ, altera est præterea,
altera ex necessitate scribendi, ob quæ utroque
ad veniam, & sperare possum, & experiri debeo. Ut-
tilitatem efficaciter persolunt comparationes
institui in genere, & in specie ab art. 213. & ad art.
223. rationes, quas comparando inibi posuimus,
consilium Gerlonis, D. Anton. & infinitum aliorum
Predicatorum, quod exhibui art. 213. & 219. & 223.
speciali circa hanc questionem animæ dictione obse-
rata cum Suar. art. 116. Necesse, quia profecto
vissima compulsi ad referendum, atque quædam
fui, innotescit plus satis ex enormibus iniuriis,
quas Sinnichius superius memoratur, aliquæ non
nulli turpissimè de honestatibus, ob hanc sententiam
auctores catholicos, & numero plurimos, & doctri-
næ celebritate clarissimos, & pietate, monachorum
sanctissima admodum venerabiles. Atque
defendendum necessitati conserta inique
causa mea propria, quæ cum respectu meo
levissima, pro iustitia defensionis est gravissi-
ma. Quod caput est veritatem, quæ sola est
iustæ benignitatis, ac severitatis, omnisque honestatis
mensura, cuius propterea, & diligentissimi indagat-
dæ, ac sincerissimi profitenda, ac propaganda
tissimè studium in hac potissimum questione pæse-
cessarium, honestissimum quæ esse commemorat
superius art. 41. & 42. & quam denique honestas
inesse sententia, adhibita desuper omni pro veritate
diligentia, & accurate, jam olim firmissime
didici, atque in dies firmius semper, ac firmius credidi.
Veritatem, inquam, istam indefensam delicti
& non pro modulo meo tueri, ac confovere
possem, religioni duxi. Fæxit Deus, in quo magis
cum labore, sæpiusque repetito avidè quæsi,
liciter attingere minima saltem aliquid ex parte.